qui nimiam hujuſmodi rebus adhibent illi, qui nimis offenduntur iis, omnemque fidem derogant, neque animo æquo volunt quid fieri poſſit, quid contingat, diſpicere. Initio itaque primum illud non eſt neceſſarium, ſi homines Lunam non inhabitent, fruſtra eam et nullius rei gratia factam. Nam hanc ipſam noſtram quoque Terram videmus non totam feracem et habitatam eſſe, cujus exigua quædam pars quaſi promontoriis et peninſulis e profundo exſtantibus animalia gignit ac plantas: cetera aut ob hyemes et ſiccitatem deſerta ac ſterilia ſunt, aut, quæ multo maxima eſt terræ portio, ſub magnum demerſa mare. Sed tu, qui Ariſtarchum ſemper diligis atque admiraris, non audis Cratetem, quando is ſic legit,

Præbuit Oceanus cunctis primordia divis,
Atque hominum generi, et terram tegit undique late.

Longe vero abeſt, ut hæc fruſtra dicantur exſtitiſſe. Et-

E μιάσεις ἡ θάλασσα μαλακὰς ἀνίησι καὶ τῶν πνευμάτων τὰ ἥδιστα θέρους ἀκμάζοντος· ἐκ τῆς ἀσκήτου καὶ κατεψυγμένης αἱ χιόνες ἀτρέμα διατηκόμεναι χαλῶσι καὶ διασπείρουσιν· ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς ἕστηκεν ἀτρεκὴς ἐν μέσῳ φύλαξ, κατὰ Πλάτωνα, καὶ δημιουργός. Οὐδὲν οὖν κωλύει καὶ τὴν Σελήνην ζώων μὲν ἔρημον εἶναι, παρέχειν δὲ ἀνακλάσεις τῷ φωτὶ περὶ αὐτὴν διαχεομένῳ, καὶ συῤ-
F ῥοιὰν ταῖς τῶν ἀστέρων αὐγαῖς ἐν αὐτῇ καὶ σύγκρασιν, ἣ συνεκπέττει τε τὰς ἀπὸ τῆς Γῆς ἀναθυμιάσεις, ἅμα τε καὶ τῷ Ἡλίῳ τὸ ἔμπυρον ἄγαν καὶ σκληρὸν ἀφίησι. Καὶ πολύ τι καὶ παλαιᾷ φήμῃ διδόντες, Ἄρτεμιν αὐτὴν νομισθῆναι φήσομεν, ὡς παρθένον καὶ ἄγονον, ἄλλως δὲ βοηθητικὴν καὶ ὠφέλιμον. Ἐπεὶ τῶν γε εἰρημένων οὐδὲν ὠφελεῖν Θέων ἀδύνατον δείκνυσι τὴν λεγομένην ἐπ' αὐτῆς οἴκησιν. Ἥ τε γὰρ δίνη πολλὴν ἔχουσα πραότητα καὶ γαλήνην

F. 3. τῷ Ἡλίῳ—ἀφίησι] Forte, τοῦ Ἡλίου—ἀνίησι.
F. 3. Καὶ πολύ τι] Corrigo, Καὶ πού τι.
F. 5. ἄλλως] An, ἄλλοις?
F. 6. οὐδὲν ὠφελεῖν Θέων ἀδύνατον] Legendum, οὐδὲν, ὦ φίλε Θέων, ἀδύνατον—ut jam Xyl. monuit, idemque et Amiot. vertit.

enim mare exhalationes molles edit et jucundissimos flatus, vere adulto: quando ex inculta et gelida terra nives paulatim liquatæ diffluunt: *diei que et noctis stat fidelis in medio custos atque opifex*, ut ait Plato. Nihil ergo obstat, quin Luna etiam animantium vacua præbeat reflexiones lumini circa ipsam diffuso, et confluxum radiis astrorum ac contemperationem, quo adjuta concoquat exhalationes e Terra elatas, simulque solis nimium fervorem mitiget. Et nimirum etiam aliquid antiquæ tribuentes famæ, Dianam eam dictam statuemus, utpote virginem et infœcundam, alias auxiliarem et utilem. Nam eorum, quæ abs te, mi Theon, allata sunt, nihil est quod ostendat fieri non posse ut in Luna quis habitet. Quippe circumagitatio ista multam habens lenitatem et tranquillitatem, aërem de-

ἐπιλεαίνει τὸν ἀέρα, καὶ διαμένει συγκατακοσμούμενον, ὥστε μηδὲν εἶναι δέος ἐκπεσεῖν καὶ ἀποσφαλῆναι τοὺς ἐκεῖ 939
βεβωκότας. Εἰ δὲ μηδὲ αὐτὴ, καὶ τὸ ποικίλον τοῦτο τῆς φορᾶς καὶ πεπλανημένον οὐκ ἀνωμαλίας οὐδὲ ταραχῆς ἐστὶν, ἀλλὰ θαυμαστὴν ἐπιδείκνυνται τάξιν ἐν τούτοις καὶ πορείαν οἱ ἀστρόλογοι, κύκλοις τισὶ περὶ κύκλους ἑτέρους ἐξελιττομένοις συνάγοντες αὐτὴν, οἱ μὲν ἀτρεμοῦσαν, οἱ δὲ λείως καὶ ὁμαλῶς ἀεὶ τάχεσι τοῖς αὐτοῖς ἀντιπεριφερομένην· αὗται γὰρ αἱ τῶν κύκλων ἐπιβάσεις καὶ περιαγωγαὶ καὶ σχέσεις πρὸς ἀλλήλους καὶ πρὸς ἡμᾶς, τὰ φαινόμενα τῆς κινήσεως ὕψη καὶ βάθη, καὶ τὰς κατὰ πλάτος παραλλάξεις, ἅμα ταῖς κατὰ μῆκος αὐτῆς περιόδοις ἐμμελέστατα συμ- B
περαίνουσι. Τὴν δὲ πολλὴν θερμότητα καὶ συνεχῆ πύρωσιν ὑπὸ Ἡλίου οὐ παύσῃ φοβούμενος, ἂν πρῶτον μὲν ἀν-

F. 9. διαμένει] Immo, διανέμει.
A. 2. βεβωκότας] Rectius βεβηκότα; T.
A. 2. Εἰ δὲ μηδὲ αὐτὴ, καὶ τὸ ποικίλον] Forte, Ἔτι δὲ, νὴ Δί', αὐτό γε τὸ ποικίλον.
A. 6. ἀτρεμοῦσαν] Sententia loci videtur postulare ἀνισοδρομοῦσαν vel aliquid certe hujus significationis.
A. 9. ἀλλήλους] Sic B. E. Vulgo, ἄλληλα.
B. 3. οὐ παύσῃ] Delendum οὐ.

mulcet atque distribuit: ut nullus sit metus excidendi ac præcipitationis iis qui ibi degunt. Tum ipsa motus varietas vagæque conversiones non ab inæqualitate sunt aut conturbatione: sed admirabilem Astrologi demonstrant in his ordinem, circulis eam accommodantes circa alios circulos sese evolventibus, alii quiescentem ipsam, alii placide et æqualiter eadem semper celeritate sese moventem: hæ enim circulorum adscensiones, et circumductiones, atque inter se et ad nos habitus, eas quæ in motu Lunæ animadvertuntur altitudines, profunditates, et latitudinum diversitates, simul cum conversione secundum longitudinem, exactissime conficiunt. Magnum autem illum et continentem æstum Solis metuere desines, primum si unde-

τιθῇς ταῖς ἕνδεκα θεριναῖς συνόδοις τὰς πανσελήνους, εἶτα δὲ τὸ συνεχὲς τῆς μεταβολῆς ταῖς ὑπερβολαῖς χρόνον οὐκ ἐχούσαις πολὺν, ἐμποιεῖν κρᾶσιν οἰκείαν, καὶ τὸ ἄγαν ἑκατέρας ἀφαιρεῖν, τὰ μέσα δὲ τούτων, ὡς εἰκὸς, ὥραν ἔαρι προσφορωτάτην ἔχουσιν. Ἔπειτα πρὸς μὲν ἡμᾶς καθίησι δι᾽ ἀέρος θολεροῦ, καὶ συνεπερείδων τὴν θερμότητα ταῖς ἀναθυμιάσεσι τρεφομένην· ἐκεῖ δὲ λεπτὸς ὢν
C καὶ διαυγὴς ὁ ἀὴρ σκίδνησι καὶ διαχεῖ τὴν αὐγὴν, ὑπέκκαυμα καὶ σῶμα μηδὲν ἔχουσαν. Ὕλην δὲ καὶ καρποὺς αὐτοὶ μὲν ὄμβροι τρέφουσιν, ἑτέρως δὲ, ὥσπερ ἄνω περὶ Θήβας παρ᾽ ὑμῖν καὶ Συήνην, οὐκ ὄμβριον ὕδωρ, ἀλλὰ γηγενὲς ἡ γῆ πίνουσα, καὶ χρωμένη πνεύμασι καὶ δρόσοις, οὐκ ἂν ἐθελήσειεν, οἶμαι, τῇ πλεῖστον ὑομένῃ πολυκαρπίᾳ συμ-

B. 6. ἐχούσαις] Dedi ex E. pro ἐχούσης. Aliæ ſuperſunt corruptelæ per hunc locum; quem ita verti ac ſi legeretur—ἐχούσαις πολὺν, ἐμποιεῖν κρᾶσιν οἰκείαν—ἀφαιρεῖν—προσφορωτάτην ἔχειν.
B. 9. ἡμᾶς καθίησι] Inter duas has voces excidiſſe videtur ὁ Ἥλιος.
C. 3. αὐτοὶ—ἑτέρως] Legendum, αὐτοῦ—ἑτέρωθι: qua ſententia verterunt Amiot. et Xyl.
C. 6. συμφέρεσθαι] Sic Leonic. Schott. Anon. item tres Græco-Latinæ et verterunt Amiot. et Xyl. Nam Steph. συμφύεσθαι. Ald. Baſ. Xyl. B. E. συμφαίνεσθαι.

cim iſtis æſtivis coitibus totidem plenilunia opponas: deinde continuitatem mutationis opponas exſuperantiæ caloris non multum habenti temporis, commodum utrimque temperamentum efficientem, auferentem id quod in utroque nimium eſt, largientem utriuſque medium quod conſtat tempeſtate ſimillima vernæ. Præterea Solis lumen ad nos defertur per aërem turbidum, atque in nos infligit calorem exhalationibus nutritum: illic autem tenuis eſt aër et pellucidus, diffunditque et diſſipat ſplendorem nullo fomite, nullo corpore ſuſtentatum. Materiam porro et fruges hiſce in locis alunt pluviæ: alibi autem, ut apud vos in ſuperiore Ægypto ad Thebas et Syenem, non pluviam aquam, ſed e terra natam bibens ager, ventis ac rore utens, virtute ſua ac temperie fretus, comparari ſe

φέρεσθαι, δι' ἀρετήν τινα καὶ κρᾶσιν. Τὰ δὲ αὐτὰ φυτὰ τῷ γένει, παρ' ἡμῖν μὲν, εἰ σφόδρα πιεσθῇ χειμῶσιν, ἐκφέρει πολὺν καὶ καλὸν καρπόν· ἐν δὲ Λιβύῃ, καὶ παρ' ὑμῖν ἐν Αἰγύπτῳ, δύσριγα κομιδῇ καὶ δειλὰ πρὸς χειμῶνάς ἐστι. Τῆς δὲ Γεδρωσίας καὶ Τρωγλο- D
δυτίδος, ἣ καθήκει πρὸς τὸν ὠκεανὸν, ἀφόρου διὰ ξηρότητα, καὶ ἀδένδρου παντάπασιν οὔσης, ἐν τῇ παρακειμένῃ καὶ περικεχυμένῃ θαλάττῃ θαυμαστὰ μεγέθη φυτῶν τρέφεται, καὶ κατὰ βυθοῦ τέθηλεν· ὧν τὰ μὲν ἐλαίας, τὰ δὲ δάφνας, τὰ δὲ Ἴσιδος τρίχας καλοῦσιν. Οἱ δὲ ἀνακαμψέρωτες οὗτοι προσαγορευόμενοι, τῆς γῆς ἐξαιρεθέντες, οὐ μόνον ζῶσι κρεμάμενοι χρόνον ὅσον βούλεταί τις, ἀλλὰ βλαστάνουσιν, * σπείρεται δὲ τὰ μὲν πρὸς χειμῶνος, τὰ δὲ θέρους ἀκμάζοντος ὥσπερ σήσαμον καὶ μελίνη· τὸν δὲ θύ-

D. 8. χρόνον] Additum ex B. E.

D. 9. βλαστάνουσιν, * σπείρεται] Nil excidisse, sed lacunae signum non suo loco positum, videtur.

D. 9. πρὸς χειμῶνος—θύμον ἢ] Reposuimus haec ex B. E. Vulgo nil adest nisi ὡς. Ceterum, τὸν δὲ θύμον, mutandum in ὁ δὲ θύμος.

cum Terra plurimis irrigua pluviis, ubertatis caussa, non patiatur. Jam ejusdem generis stirpes apud nos, si vehementer adfligantur hybernis tempestatibus, pulchrum et multum fructum producunt: in Africa, et apud vos in Ægypto, admodum sunt frigoris et hyemis impatientes. Gedrosiae etiam et Troglodyticae regionis ea pars quae ad Oceanum pertingit, sterilis omnino est ob siccitatem, et arboribus caret: at in mari vicino quo alluitur, inusitatae magnitudinis plantae nascuntur, et ex profundo pullulant: quarum alias oleas, alias lauros, alias crines Isidis nominant: et qui vocantur anacampserotes, (quasi amorem postliminio reducentes dicas) e terra evulsi, non modo vivunt suspensi quanto quis velit tempore, sed etiam germinant. Seminantur autem alia quidem hyeme, alia vigente aestate ut sesamum et meline: allium vero et cen-

μον ἢ τὸ κενταύριον ἂν εἰς ἀγαθὴν καὶ πίονα σπαρῇ χώραν
E καὶ βρέχηται καὶ ἄρδηται, ἐκ τῆς κατὰ φύσιν ἐξίσταται ποιότητος, καὶ
ἀποβάλλει τὴν δύναμιν, αὐχμῷ δὲ χαίρει, καὶ πρὸς τὸ
οἰκεῖον ἐπιδίδωσιν· εἰ δὲ, ὥς φασιν, οὐδὲ τὰς δρόσους ἀ-
νέχεται, καθάπερ τὰ πλεῖστα τῶν Ἀραβικῶν, ἀλλ' ἐξα-
μαυροῦται λειαινόμενα καὶ φθείρεται, τί δὴ θαυμαστόν ἐστιν,
εἰ γίνονται περὶ τὴν Σελήνην ῥίζαι καὶ σπέρματα καὶ
ὗλαι μηθὲν ὑετῶν δεόμενα μήτε χειμώνων, ἀλλὰ πρὸς
θερινὸν ἀέρα καὶ λεπτὸν εὐφυῶς ἔχουσαι; Πῶς δὲ οὐκ
εἰκὸς ἀνιέναι τε πνεύματα θαλπόμενα τῇ Σελήνῃ, καὶ
τῷ σάλῳ τῆς περιφορᾶς αὔρας τε παρομαρτεῖν ἀτρέ-
F μα, καὶ δρόσους καὶ ὑγρότητας ἐλαφρὰς περιεχούσας καὶ
διασπειρομένας ἐπαρκεῖν τοῖς βλαστάνουσιν, αὐτῇ δὲ τῇ
κράσει μὴ πυρώδη, μηδὲ αὐχμηρὰν, ἀλλὰ μαλακὴν καὶ

E. 5. λειαινόμενα] Legendum διαινόμενα, ut verterunt Amiot. et Xyl.
E. 7. πρὸς θερινὸν] Sic Steph. consentientibus Leonic. Schott. Anon. Exempl. Turneb. Xyl. vers. At T. V. Anon. Amiot. πρὸς ξηρόν. Ald. Bas. Xyl. B. E. πρόσθερον.
E. 9. τῇ Σελήνῃ—αὐτῇ δὲ τῇ κράσει—] Nexus desideratur, forte ita restituendus —τὴν Σελήνην—περιέχουσαν, διασπειρομένας ἐπαρκεῖν τοῖς βλαστάνουσι· αὐτὴν δὲ τῇ κράσει—ὑδρωπὴν εἶναι. Postremum hoc εἶναι addidi ex B. E.

taurium, si feratur in bonam et pinguem terram, ac rigetur, vim qualitatemque suam naturalem amittit, siccitate gaudet, inque ea suam naturam servat. Quod si, ut aiunt, ne rorem quidem tolerant, ut pleraque Arabicorum, quæ simul atque humectata sunt, pereunt; quid miri est, si in Luna radices, semina, plantæque nascuntur nihil pluviarum ope indigentes aut hyemis: sed æstivo et tenero aëre, ad naturam ipsorum accommodato contentæ? Qui autem non sit probabile emitti spiritus qui a Luna calore afficiantur? et conversionis ejus agitationi comitari sensim auras, levesque rores et humores, qui circumfusi alimentum plantis sufficiant? cum quidem ipsius Lunæ temperies non sit ignea, non squalida, sed mollis et aquosa. Nam

ὑδροποιόν ἐστι; ξηρότητος μὲν γὰρ οὐδὲν ἀφικνεῖται πάθος ἀπ' αὐτῆς πρὸς ἡμᾶς, ὑγρότητος δὲ πολλὰ καὶ θηλύτητος, αὐξήσεις φυτῶν, σήψεις κρεῶν, τροπαὶ καὶ ἀνέσεις οἴνων, μαλακότητες ξύλων, εὐτοκίαι γυναικῶν. Δέδοικα δὲ ἡσυχάζοντα Φαρνάκην αὖθις ἐρεθίζειν καὶ κινεῖν, ὠκεα- 940
νοῦ τε πλημμύρας, ὡς λέγουσιν αὐτοί, καὶ πορθμῶν ἐπιδόσεις διαχεομένων καὶ αὐξανομένων ὑπὸ τῆς Σελήνης τῷ ἀνυγραίνεσθαι, παρατιθέμενος. Διὸ πρὸς σὲ τρέψομαι μᾶλλον, ὦ φίλε Θέων· λέγεις γὰρ ἡμῖν ἐξηγούμενος ταυτὶ τὰ Ἀλκμᾶνος,

—— Διὸς θυγάτηρ ἔρσα τρέφει
Καὶ Σελάνας δίας,

ὅτι νῦν τὸν ἀέρα καλεῖ, καὶ Δία φησὶν αὐτὸν ὑπὸ τῆς Σελήνης καθυγραινόμενον εἰς δρόσους τρέπεσθαι. Κινδυνεύει

F. 6. σήψεις] Sic B. E. Vulgo, πέψεις.
A. 1. ὠκεανοῦ τε] Ita Bas. Xyl. Amiot. ex T. nescio utrum ex conjectura, an veteribus libris: certe, re ipsa postulante. Ald. B. E. ὥστε καὶ ἀναγαί, unde Anon. et T. ὥστε ἀναγωγαί.
A. 3. διαχεομένων] Sic B. E. Vulgo, διαδεχομένων.
A. 9. Δία φησὶν] Vetus hæc est lectio revocata ex Ald. Bas. Xyl. B. E. melior certe vulgata διάφυσιν, quam nescio unde protulit Steph. integritatem absolvemus corrigendo—τὸν ἀέρα καλεῖ Δία, καί φησιν αὐτὸν—. ut Xyl.

ad nos a Luna nulla pervenit siccitatis effectio, multæ humiditatis, et fœmineæ ubertatis: ut sunt plantarum incrementa, putrefactiones carnium, mutationes et ad vappam inclinationes vini, lignorum putredo, fertilitas mulierum. Vereor autem quiescentem Pharnacem rursum irritare et commovere, si Oceani æstum, ut ipsi dicunt, fretorumque incrementa adducam, humore a Luna submisso crescentium ac se diffundentium. Itaque ad te potius me convertam, mi Theon. Tu enim nobis Alcmanica ista exponens,

Qualia Jovis et Lunæ proles ros educit:

Jovis nomine aërem dicis intelligi, qui a Luna humectatus in rorem vertatur. Eo

γὰρ, ὦ ἑταῖρε, πρὸς τὸν Ἥλιον ἀντιπαθῆ φύσιν ἔχειν· εἴγε
B μὴ μόνον ὅσα πυκνοῦν καὶ ξηραίνειν ἐκεῖνος, αὐτὴ μαλάσσειν καὶ διαχεῖν πέφυκεν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀπ᾽ ἐκείνου θερμότητα καθυγραίνειν καὶ καταψύχειν προσπίπτουσαν αὐτῇ καὶ συμμιγνυμένην. Οἵ τε δὴ τὴν Σελήνην ἔμπυρον σῶμα καὶ διακαὲς εἶναι νομίζοντες ἁμαρτάνουσιν· οἵ τε τοῖς ἐκεῖ ζώοις, ὅσα τοῖς ἐνταῦθα πρὸς γένεσιν καὶ τροφὴν καὶ δίαιταν ἀξιοῦντες ὑπάρχειν, ἐοίκασιν ἀθέατοι τῆς περὶ φύσιν ἀνωμαλιῶν, ἐν αἷς μείζονάς ἐστι καὶ πλείονας πρὸς ἄλληλα τῶν ζώων, ἢ πρὸς τὰ μὴ ζῶα διαφορὰς καὶ ἀνομοιότητας εὑρεῖν. Καὶ ἄστομοι μὲν ἄνθρωποι καὶ ὀσμαῖς τρεφόμενοι
C μὴ ἔστωσαν, εἰ μὴ * μὴ δοκοῦσι τήν τε Ἄμμωνος ἡμῖν αὐτὸς ἐξηγεῖτο δύναμιν, ᾐνίξατο μὲν Ἡσίοδος, εἰπὼν,

Οὐδ᾽ ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ᾽ ὄνειαρ·

C. 1. μὴ ἔστωσαν—δύναμιν] Forte, μὴ ἔστωσαν, οὓς μηδὲ εἶναι μοι δοκοῦσι· ἣν δὲ Ἀμμώνιος ἡμῖν αὐτὸς ἐξηγεῖτο δύναμιν.

enim, amice, reditura res videtur, ut Luna adverſam plane Soli naturam habere cenſeatur; ſiquidem non modo quæ denſare ille et ſiccare ſolet, ipſa relaxat atque humectat: ſed calorem quoque ab eo profectum in ipſam humore et frigore mutare poſſit. Enimvero hi errant, qui Lunam ignitum corpus eſſe atque ardere putant: neque ii, qui eadem animalibus in Luna ad ortum et victum neceſſaria putant quæ noſtratia requirunt, videntur unquam conſideraſſe diverſitatem naturæ: quæ quidem major eſt ac numeroſior inter ipſa animalia, quam ſunt diſcrimina animalium et vitæ expertium. Ac demus ſane non eſſe homines qui ore carentes, unice vivant odoribus: ut profecto ne eſſe quidem videntur. Quam vero Ammonius nobis ipſe medicam vim enarravit, eamdem obſcure etiam ſignificavit Heſiodus his verbis:

Nec quarta aſphodeli aut quæ ſint compendia malvæ;

ἔργῳ δὲ ἐμφανῆ παρέσχεν Ἐπιμενίδης, διδάξας ὅτι μικρῷ παντάπασιν ἡ φύσις ὑπεκκαύματι ζωπυρεῖ καὶ συνέχει τὸ ζῷον, ἂν ὅσον ἐλαίας μέγεθος λάβῃ, μηδεμιᾶς ἔτι τροφῆς δεόμενον. Τοὺς δὲ ἐπὶ τῆς Σελήνης, εἴπερ εἰσὶν, εὐσταλεῖς εἶναι τοῖς σώμασι, καὶ διαρκῶς ὑπὸ τῶν τυχόντων τρέφεσθαι, πιθανόν ἐστι· καὶ γὰρ αὐτὴν τὴν Σελήνην, ὥσπερ τὸν Ἥλιον, ζῷον ὄντα πύρινον, καὶ τῆς Γῆς ὄντα πολλαπλάσιον, ἀπὸ τῶν ὑγρῶν φασι τῶν ἐπὶ τῆς Γῆς τρέφεσθαι, D καὶ τοὺς ἄλλους ἀστέρας ἀπείρους ὄντας· οὕτως ἐλαφρὰ καὶ λιτὰ τῶν ἀναγκαίων φέρειν ζῷα τὸν ἄνω τόπον ὑπολαμβάνουσιν. Ἀλλ' οὔτε ταῦτα συνορῶμεν, οὔτε ὅτι καὶ χώρα καὶ φύσις καὶ κρᾶσις ἄλλη πρόσφορός ἐστιν αὐτοῖς. Ὥσπερ οὖν εἰ τῇ θαλάττῃ μὴ δυναμένων ἡμῶν προσελθεῖν μηδὲ ἅψασθαι, μόνον δὲ τὴν θέαν αὐτῆς πόρρωθεν ἀφορώντων, καὶ πυνθανομένων ὅτι πικρὸν καὶ ἄποτον καὶ ἁλμυρὸν ὕδωρ ἐστὶν, ἔλεγέ τις ὡς ζῷα πολλὰ καὶ με-

D. 1. ἐπὶ τῆς Γῆς] Forte ἀπὸ τῆς Γῆς, ut T. V. Anon.

re ipſa autem planam fecit Epimenides, docens exiguo admodum fomento naturam ſuſtentare animal, ſi nutrimentum, vel olivæ quantitate, ſumat, nullo præterea indigens. Qui vero Lunam inhabitant, ſi quidem ſunt, graciles et quovis alimento fovendos apparet eſſe: quando ipſam etiam Lunam, ut et Solem, qui eſt corpus igneum et multis modis quam Terra major, ab humoribus terreſtribus ali aiunt, ac reliquas etiam ſtellas, numero immenſas. Ita facilia, ac tenuia et minimo indigentia corpora ſuperiori adſcribunt regioni. Sed neque iſta, neque hoc ſaltem attendimus, regionem, naturam, temperiemque aliam Lunaribus iſtis hominibus eſſe accommodatam. Ergo ſicut, ſi non poſſemus ad mare accedere neque id attingere, ſed tantum eminus adſpiceremus nobiſque diceretur aquam ejus amaram, ſalſam, potuique incommodam eſſe, magna au-

E γάλα καὶ παντοδαπὰ ταῖς μορφαῖς τρέφει κατὰ βάθους, καὶ θηρίων τε πλήρης ὕδατι χρωμένων ὅσα περ ἡμεῖς ἀέρι, μύθοις ἂν ὅμοια καὶ τέρασιν ἐδόκει περαίνειν· οὕτως ἐοίκαμεν ἔχειν, καὶ τούτους ἀσκεῖν πρὸς τὴν Σελήνην ἀπιστοῦντες ἐκεῖ τινας ἀνθρώπους κατοικεῖν. Ἐκείνους δ' ἂν οἴομαι πολὺ μᾶλλον ἀποθαυμάσαι τὴν Γῆν, ἀφορῶντας οἷον ὑποστάθμην καὶ ἰλὺν τοῦ παντὸς ἐν ὑγροῖς καὶ ὁμίχλαις καὶ νέφεσι διαφαινομένην ἀλαμπὲς καὶ ταπεινὸν καὶ ἀκίνητον χωρίον, εἰ ζῶα φύσει καὶ τρέφει μετέχοντα κινή-
F σεως, ἀναπνοῆς, θερμότητος· κἂν εἴ ποθεν αὐτοῖς ἐγγένοιτο τῶν Ὁμηρικῶν τούτων ἀκοῦσαι,

> Σμερδαλέ' εὐρώεντα, τά τε στυγέουσι θεοί περ,

καὶ

> Τόσσον ἔνερθ' ἀΐδαο ὅσον οὐρανός ἐστ' ἀπὸ γαίης,

ταῦτα φήσουσιν ἀτεχνῶς περὶ τοῦ χωρίου τούτου λέγεσθαι,

E. 4. τούτους ἀσκεῖν] Legendum τὸ αὐτὸ πάσχειν, ut vertendo significarunt Amiot. et Xyl.
E. 9. φύσει] Legendum φύει.

tem et multa animalia in profundo alere, et belluarum esse plenum, ita aqua, ut nos aëre, fruentium, fabulas et monstrorum similia dici arbitraremur: ita videmur hic quoque adfecti, dum non credimus esse qui in Luna degant. Ego autem istos qui in Luna incolunt multo magis mirari existimo, cum Terram intuentur tamquam fæcem et cœnum Universi, per tot humores, nubes, nebulasque apparentem, locum obscurum, humilem, immobilem, posse eam animalia producere et nutrire, motu, respiratione, et calore prædita. Et sicubi illis contingat audire Homerica isthæc,

> *Tetra, situque oppleta, diis horrenda vel ipsis.*

Item,

> *——— tum Tartarus ipse,*
> *Bis patet in præceps tantum, tenditque sub umbras,*
> *Quantus ad ætherium cæli suspectus Olympum.*

haud dubie censebunt de Terra hæc dici, et hic Tartarum,

καὶ τὸν ᾅδην ἐνταῦθα καὶ τὸν τάρταρον ἀποκεῖσθαι, γῆν δὲ μίαν εἶναι τὴν Σελήνην, ἴσον ἐκείνων τῶν ἄνω καὶ τῶν κάτω τόπων ἀπέχουσαν.

κϛ'. Ἔτι δέ μου σχεδὸν λέγοντος, ὁ Σύλλας ὑπολαβὼν, Ἐπίσχες, εἶπε, ὦ Λαμπρία, καὶ προσβαλοῦ τὸ θυρίον τοῦ λόγου, μὴ λάθῃς τὸν μῦθον ὥσπερ εἰς γῆν ἐξοκείλας, καὶ συγχέῃς τὸ δρᾶμα τοὐμὸν ἑτέραν ἔχον σκηνὴν καὶ διάθεσιν. Ἐγὼ μὲν οὖν ὑποκριτής εἰμι, πρότερον δὲ αὐτοῦ 941
φράσω τὸν ποιητὴν ὑμῖν, εἰ μή τι κωλύει, καθ' Ὅμηρον ἀρξάμενον,

Ὠγυγίη τις νῆσος ἀπόπροθεν εἰν ἁλὶ κεῖται,

δρόμον ἡμερῶν πέντε Βρεττανίας ἀπέχουσα πλέοντι πρὸς ἑσπέραν· ἕτεραι δὲ τρεῖς, ἴσον ἐκείνης ἀφεστῶσαι καὶ ἀλλήλων, πρόκεινται μάλιστα κατὰ δυσμὰς ἡλίου θερινάς· ὧν ἐν μιᾷ τὸν Κρόνον οἱ βάρβαροι καθεῖρχθαι μυθολογοῦσιν

F. 13. τοὐμὸν] Sic B. E. Anon. τὸ ἐμὸν T. V. Vulgo, τὸ νῦν. Ald. τὸ μέν.
A. 2. κωλύει] Sic E. et margo B. Vulgo, κωλύοι. Vel sic quid requiras: quod forte expleatur legendo ἢ εἰ μή τι κωλύει καθ' Ὅμηρον ἄρξομαι sensu quem in Latinis reddidimus.

ſolam Lunam eſſe terram, æquali ſpatio a ſuperioribus iſtis, et his inferioribus diſſitam.

XXVI. Nondum plane finieram ſermonem, cum Sylla interpellans, Deſine, inquit, Lampria, et ſermoni fores obde: ne imprudens fabulam tamquam navim in terram expellas, et drama confundas meum, quod alium habitum, aliam ſcenam habet. Ego autem qui actoris partes ſuſtineo, principio auctorem fabulæ vobis nominabo: aut, niſi quid impedit, Homerice ordiar,

Ogygia hinc longe vaſto jacet inſula ponto,

quinque dierum navigatione diſtans a Britannia verſus occaſum: tres autem aliæ eodem ſpatio inter ſe diſſitæ ante eam jacent, maxime verſus occaſum Solis æſtivum: in harum una barbari Saturnum fa-

ὑπὸ τοῦ Διός, τὸν δὲ, ὡς υἱὸν, ἔχοντα φρουρὰν τῶν τε νήσων ἐκείνων καὶ τῆς θαλάττης, ἣν Κρόνιον πέλαγος ὀνομάζουσι, παρακατακεῖσθαι. Τὴν δὲ μεγάλην ἤπειρον, ὑφ᾽ ἧς ἡ
B μεγάλη περιέχεται κύκλῳ θάλαττα, τῶν μὲν ἄλλων ἔλαττον ἀπέχειν, τῆς δὲ Ὠγυγίας περὶ πεντακισχιλίους σταδίους, κωπήρεσι πλοίοις κομιζομένῳ· βραδύπορον γὰρ εἶναι καὶ πηλῶδες ὑπὸ πλήθους ῥευμάτων τὸ πέλαγος· τὰ δὲ ῥεύματα τὴν μεγάλην ἐξιέναι γῆν, καὶ γίνεσθαι προσχώσεις ἀπ᾽ αὐτῶν, καὶ βαρεῖαν εἶναι καὶ γεώδη τὴν θάλατταν, ἣ καὶ πεπηγέναι δόξαν ἔχειν. Τῆς δὲ ἠπείρου τὰ πρὸς τῇ θαλάττῃ κατοικεῖν Ἕλληνας περὶ κόλπον οὐκ ἐλάττονα τῆς Μαιώτιδος, οὗ τὸ στόμα τῷ στόματι τοῦ Κασπίου πελάγους μάλιστα

A. 9. τὸν δὲ—κεῖσθαι] Corruptela subesse videtur. An corrigendum, τὸν δὲ (scil. Saturnum) ὡς ὕπνου ἔχοντα φρουράν.—Amiotus vertit ac si scriptum esset, τὸν δὲ Ὠγύγιον ἔχοντα φρουρὰν ἐκείνου τε τῶν τε νήσων—. Forte excidit quid post τὸν δὲ, itaque legendum, τὸν δὲ δαίμοσί τισι τὴν θεραπείαν τοῦ πατρὸς, φροντίδα αὐτοῦ ὡς υἱὸν ἔχοντα, τήν τε φρουρὰν—ὀνομάζουσι, παρακαταθέσθαι. Tale quid verti, quando Xylandri interpretatio plane a ratione abhorrebat.

B. 1. θάλαττα] Ita correxi librorum scripturam. Vulgo, θαλάττῃ in Ald. Bas. Xyl. Steph. At θαλάττη, quasi Nominativum, fecerunt tres Græco-Latinæ.

B. 3. πηλῶδες] Ita omnes libri, excepto Steph. et tribus Græco-Latinis, qui habent πυλῶδες.

bulantur fuisse a Jove inclusum: hunc, ut filium, custodiam patris et insularum istarum, et maris quod Cronium sive Saturnium dicitur, Geniis quibusdam mandasse. Magnam vero continentem, a qua magnum mare in orbem cingitur, a reliquis minus distare, ab Ogygia autem ad stadia quina millena, cum quidem remigio aptis navibus eo sit eundum. Esse enim lentum trajectum maris et cœnosum ob fluminum multitudinem, quæ a magna terra emittantur, humumque aggerent, ac mare crassum et terrenum efficiant: unde etiam opinio invaluerit, esse ipsum gelu concretum. Continentis porro partes ad mare habitari a Græcis circa sinum Mœotico haud minorem, cujus fauces ori Caspii maris e regione maxime jaceant et ad rectam

καὶ εὐθείαν κεῖσθαι· καλεῖν δὲ καὶ νομίζειν ἐκείνους, ἠπει- C
ρώτας μὲν αὐτούς, νησιώτας δὲ ταύτην τὴν γῆν κατοικοῦντας, ὡς καὶ κύκλῳ περίρρυτον οὖσαν ὑπὸ τῆς θαλάσσης· οἴεσθαι δέ, τοῖς Κρόνου λαοῖς ἀναμιχθέντας ὕστερον τοὺς μεθ' Ἡρακλέους παραγενομένους καὶ ὑπολειφθέντας, ἤδη σβεννύμενον τὸ Ἑλληνικὸν ἐκεῖ καὶ κρατούμενον, γλώττῃ τε βαρβαρικῇ καὶ νόμοις καὶ διαίταις, οἷον ἀναζωπυρῆσαι πάλιν ἰσχυρὸν καὶ πολὺ γενόμενον, διὸ τιμὰς ἔχειν πρώτας τὸν Ἡρακλέα, δευτέρας δὲ τὸν Κρόνον· ὅταν δὲ ὁ τοῦ Κρόνου ἀστήρ, ὃν Φαίνοντα μὲν ἡμεῖς, ἐκεῖνοι δὲ Νυκτοῦρον, ἔφη, καλεῖν, εἰς ταῦρον παραγένηται δι' ἐτῶν τριάκοντα, παρασκευασαμένους ἐν χρόνῳ πολλῷ τὰ περὶ τὴν θυσίαν καὶ τὸν ἄ * ἐκπέμπειν κλήρῳ λαχόντας ἐν πλοίοις τοσούτοις D
θεραπείαν τε πολλὴν καὶ παρασκευὴν ἀναγκαίαν μέλλουσι

C. 2. νησιώτας δὲ] Abest in B. E. Ald. Additum in Bas. unde ceteræ editiones habent. Eadem opera addi debebat in fine, τούς.
C. 7. ἀναζωπυρῆσαι] Sic E. Vulgo, ἀναζωπυρεῖσθαι. Alii aliter.
C. 8. τιμὰς ἔχειν] Sic B. E. itaque verterunt Amiot. Xyl. Vulgo, καὶ ἔχειν.
D. 1. τὸν ἄ * ἐκπέμπειν—] Legendum, τὸν ἀπόπλουν, ἐκπέμπειν—ut monuit Xyl.
D. 1. ἐν πλοίοις—μέλλουσι πλεῖν] Hunc locum addidimus ex B. E. in παρασκευὴν E. non habet παρὰ, sed ejus loco signum lacunæ.

lineam. Hos in ea esse opinione, ipsos continentem incolere, hanc autem nostram terram esse insulam, ut quæ in orbem a mari circum alluatur. Existimare autem eos, Saturnio populo posterioribus temporibus Herculis comites se admiscuisse, ibique relictos, jam exstinctum ferme et lingua, legibus, victuque barbaricis oppressum Græcum morem quasi resuscitasse, atque auxisse: ideo etiam primos honores Herculi apud eos, proximos Saturno haberi: et cum Saturni stella, quam Græci Phænontem, quasi lucidam, ipsi Nycturum, ut aiebat, ceu noctis custodem appellant, in taurum ingreditur, quod trigesimo quoque fit anno, tum eos jamdudum a multo tempore ad hoc paratis rebus sacrificio et profectioni accommodatis, emittere sorte ad hoc lectos in totidem navibus cum famulitio multo et apparatu

πλεῖν πέλαγος τοσοῦτον εἰρεσίᾳ, καὶ χρόνον ἐπὶ ξένης βιοτεύειν πολὺν, ἐμβαλλομένους· ἀναχθέντας οὖν χρωμένους τύχαις, ὡς εἰκὸς, ἄλλους ἄλλαις· τοὺς δὲ διασωθέντας ἐκ τῆς θαλάττης, πρῶτον μὲν ἐπὶ τὰς προκειμένας νήσους, οἰκουμένας δὲ ὑφ' Ἑλλήνων κατέχειν, καὶ τὸν Ἥλιον ὁρᾶν κρυπτόμενον ὥρας μιᾶς ἔλαττον ἐφ' ἡμέρας τριάκοντα· καὶ νύκτα τοῦτο εἶναι, σκότος ἔχουσαν ἐλαφρὸν καὶ λυκαυγὲς ἀπὸ δυσμῶν περιλαμπόμενον· ἐκεῖ δὲ διατρίψαντας ἡμέρας ἐνενήκοντα, καὶ μετὰ τιμῆς καὶ φιλο-
E φροσύνης ἱεροὺς νομιζομένους καὶ προσαγορευομένους, ὑπὸ πνευμάτων ἤδη περαιοῦσθαι· μηδὲ ἄλλους τινὰς ἐνοικεῖν ἢ σφᾶς τε αὐτοὺς, καὶ τοὺς πρὸ αὐτῶν ἀποπεμφθέντας· ἐξεῖναι μὲν γὰρ ἀποπλεῖν οἴκαδε τοὺς τῷ θεῷ τρισκαίδεκα ἔτη συλλατρεύσαντας, αἱρεῖσθαι δὲ τοὺς πλείστους ἐπι-

D. 4. ἐμβαλλομένους—τύχαις] Omnes libri habent, ἐμβαλλομεν οὓς ἀναχθέντας ὁ χρὴ τύχαις: quæ monſtra tandem expurganda fuerunt.
D. 7. κατέχειν] κατίσχειν B. E.
D. 10. περιλαμπόμενον] Sic B. E. Vulgo, περιπτόμενον.
E. 4. τρισκαίδεκα ἔτη] Retinui, non ut verum, ſed ut proximum veteri lectioni B. E. Ald. Baſ. Xyl. τρισκαιδεκάτῳ. Leonic. Schott. Anon. τρισκαίδεκα ἔτη, ἢ τριάκοντα, ſignificantes alterutro modo eſſe corrigendum: utrumque recepit Steph. feſtivo errore. Puto veram lectionem eſſe τριάκοντα ἔτη.

neceſſario navigaturis tantum pelagus remigio, ac longum tempus peregre moraturis. Avectos porro non eadem omnes uti fortuna: qui vero incolumes mare ſuperaverunt, primum ad præpoſitas appellere inſulas, quas Græci inhabitant: ac videre Solem per triginta dies minus etiam temporis unica hora occidere: noctemque hanc tenebras habere tenues, et lucem crepuſculi inſtar ab occaſu. Ibi cum fuerint commorati dies nonaginta, honorifice comiterque tractati, et ſacri crediti atque appellati, porro a ventis trajici eos deinceps. Ceterum neminem iſtas incolere inſulas, niſi ipſos, et quos in coloniam mittant. Licere enim navigio inde avehi, poſtquam Deo decimumtertium rite ſacra fecerint. Pleroſque tamen malle ibi manere: quoſ-

ἐνίους αὐτόθι κατοικεῖν, τοὺς μὲν ὑπὸ συνηθείας, τοὺς δέ, ὅτι πόνου δίχα καὶ πραγμάτων ἄφθονα πάρεστι πάντα πρὸς θυσίας καὶ χορηγίας, ἢ περὶ λόγους τινὰς ἀεὶ καὶ φιλοσοφίαν, διατρίβουσι. Θαυμαστὸν γὰρ εἶναι, τῆς τε νή- F
σου τὴν φύσιν, καὶ τὴν πραότητα τοῦ περιέχοντος ἀέρος, ἐνίοις δὲ καὶ τὸ θεῖον ἐμποδὼν γίνεσθαι διανοηθεῖσιν ἀποπλεῖν, ὥσπερ συνήθεσι καὶ φίλοις ἐπιδεικνύμενον, οὐκ ὄναρ μόνον οὐδὲ διὰ συμβόλων, ἀλλὰ καὶ φανερῶς ἐντυγχάνειν πολλοὺς ὄψεσι δαιμόνων καὶ φωναῖς. Αὐτὸν μὲν γὰρ τὸν Κρόνον ἐν ἄντρῳ βαθεῖ περιέχεσθαι πέτρας χρυσοειδοῦς καθεύδοντα, τὸν γὰρ ὕπνον αὐτῷ μεμηχανῆσθαι δεσμὸν ὑπὸ τοῦ Διός, ὄρνιθας δὲ τῆς πέτρας κατὰ κορυφὴν, ὡς πετομένους ἀμβροσίαν ἐπιφέρειν αὐτῷ, καὶ τὴν νῆσον εὐωδίᾳ κατέχεσθαι πᾶσαν, ὥσπερ ἐκ πηγῆς σκιδναμένη τῆς πέτρας· τοὺς δὲ δαίμονας ἐκείνους περιέπειν καὶ θεραπεύειν 942

F. 4. οὐκ ὄναρ] Legendum videtur, οὐ γὰρ ὄναρ.
F. 10. ὡς πετομένους] ὡς delendum.

dam, quia adſueverint: alios, quia citra laborem et occupationem ullam omnia vitæ ſubſidia abunde ſuppeditantur hominibus otium traducentibus vel in ſacrificiis et chororum inſtructione, vel in literis et philoſophia. Mirabilem eſſe enim inſulæ naturam, et lenitatem aëris ambientis. Quibuſdam etiam, cum avehi in animum induxiſſent, Genium loci impedimento eſſe: oſtendentem eis ſe tanquam familiaribus et amicis, non per ſomnia modo aut ſigna, ſed palam viſui audituive ſe exhibentem. Ipſum enim Saturnum in profundo antro dormire, ibique contineri inter ſaxa, auri formam referentia: nam ſomnum ei loco compedum eſſe a Jove deſtinatum: et in vertice ſaxi eſſe aves, quæ advolantes ei ambroſiam adferant: totam inſulam ſuavi fragrantia oppleri, quæ e ſaxo illo tanquam fonte diffundatur. Genios autem illos Saturni famulos eſſe atque adminiſtros, qui circa ipſum verſentur adſiduo, et tunc ejus

τὸν Κρόνον, ἑταίρους αὐτοῦ γενομένους ὅτε δὴ θεῶν καὶ ἀνθρώπων ἐβασίλευσε, καὶ πολλὰ μὲν ἀφ' ἑαυτῶν μαντικοὺς ὄντας προλέγειν, τὰ δὲ μέγιστα καὶ περὶ τῶν μεγίστων, ὡς ὀνείρατα τοῦ Κρόνου κατιόντας ἐξαγγέλλειν· ὅσα γὰρ ὁ Ζεὺς προδιανοεῖται, ταῦτα ὀνειροπολεῖν τὸν Κρόνον· εἶναι δὲ ἀνάστασιν τὰ τιτανικὰ πάθη καὶ κινήματα τῆς ψυχῆς ἐν αὐτῷ παντάπασιν ὁ ὕπνος * καὶ γένηται τὸ βασιλικὸν καὶ θεῖον αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ καθαρὸν καὶ ἀκήρατον. Ἐνταῦθα
B δὴ κομισθεὶς, ὡς ἔλεγεν, ὁ ξένος καὶ θεραπεύων τὸν θεὸν ἐπὶ σχολῆς, ἀστρολογίας μὲν ἐφ' ὅσον γεωμετρήσαντι πορρωτάτω προελθεῖν δυνατόν ἐστιν, ἐμπειρίαν ἔσχε, φιλοσοφίας δὲ τῆς ἄλλης τῷ φυσικῷ χρώμενος. Ἐπιθυμίαν δέ τινα καὶ πόθον ἔχων γενέσθαι τῆς μεγάλης νήσου θεατής· οὕτω γὰρ, ὡς ἔοικε, τὴν παρ' ἡμῖν οἰκουμένην ὀνομάζουσιν·

A. 6. προδιανοεῖται] Sic E. Vulgo, προσδιανοεῖται. Forte corrigendum, ὑπαρδιανοεῖται.

A. 8. ὁ ὕπνος * καὶ γένηται] Forte ita integrandus locus, εἶναι δὲ ἀνάστασιν αὐτοῦ τὰ τιτανικὰ πάθη καὶ κινήματα τῆς ψυχῆς, ἃ κατευνάζων ὁ ὕπνος συστέλλει, ἕως κοσμηθῇ, καὶ γίνηται—.

fuerint ſocii, cum in homines ac Deos regnum geſſit. Eos, utpote ſuapte natura divinos, multa vaticinari: maxima autem, et de ſummis rebus prædicere, dum ſomnia Saturni renunciant: huic enim in ſomnis obverſari, quicquid Jupiter meditetur: Saturno expergefacto, exiſtere animi motus caſuſque Titanicos quos ſomnus mulcet, donec regia illa ac divina facultas ipſa ſeorſim pura atque incontaminata exſiſtat. Huc ergo delatus, ut ipſe narrabat, hoſpes, Deumque per otium demeritus, aſtrologiæ tantam paraverat ſibi peritiam, quantam geometria fretus aliquis et longiſſime procedens adipiſcatur: de reliquis partibus philoſophiæ naturalem fuit amplexus. Cupiditate ergo quadam et deſiderio captus ſpectandæ magnæ inſulæ iſtius: ſic enim noſtram illi continentem nominant: circumactis triginta

ἐπεὶ δὲ τὰ τριάκοντα ἔτη διῆλθεν, ἀφικομένων τῶν διαδόχων οἴκοθεν, ἀσπασάμενος τοὺς φίλους ἐξέπλευσε, τὰ μὲν ἄλλα κατεσκευασμένος εὐςαθῶς, ἐφόδιον δὲ συχνὸν χρυσοῖς ἐκπώμασι κομίζων. Ἃ μὲν οὖν ἔπαθε καὶ ὅσους ἀνθρώπους διῆλθεν, ἱεροῖς τε γράμμασιν ἐντυγχάνων, ἐν τελεταῖς πάσαις τελούμενος, οὐ μιᾶς ἡμέρας ἔργον ἐστὶ δι- C
ελθεῖν, ὡς ἐκεῖνος ἡμῖν ἀπήγγελλεν, εὖ μάλα καὶ καθ᾽ ἕκαστον ἀπομνημονεύων· ὅσα δὲ οἰκεῖα τῆς ἐνεστώσης διατριβῆς ἐστὶν, ἀκούσατε. Πλεῖστον γὰρ ἐν Καρχηδόνι χρόνον διέτριψεν, ἅτε δὴ παρ᾽ ἡμῖν μεγάλας ἔχοντος καὶ τιμὰς, ὅτι ἡ προτέρα πόλις ἀπώλλυτο, διφθέρας ἱερὰς ὑπεκκομισθείσας κρύφα καὶ διαλαθούσας πολὺν χρόνον ἐν γῇ κειμένας ἐξευρὼν, τῶν τε φαινομένων θεῶν ἔφη χρῆναι,

B. 7. ἐπεὶ δὲ] Forte ἐπεί γε. Reliquam difficultatem interpungendo expedivimus.

B. 9. εὐςαθῶς] Legendum, εὐςαλῶς, cum Exempl. Turneb. Anon. In hanc ſententiam verterunt Amiot. et Xyl.

B. 9. συχνὸν χρυσοῖς] E. συχνὸν ἐν χρυσοῖς.

C. 5. ἔχοντος καὶ τιμὰς, ὅτι] Corrigendum videtur, ἔχοντος τοῦ Κρόνου τιμάς· Καὶ ὅτι—.

annis, cum ſucceſſores veniſſent domo, ſalutatis amicis avectus eſt, modico alioquin apparatu, ſed qui ingens viaticum in aureis poculis ſecum portaret. Quæ ei evenerint, per quos homines iter fecerit, ut ſacras in literas inciderit, ut omnis generis ſacris initiatus fuerit, recenſere non eſt unius diei opera; quomodo ille nobis retulit, ſingula accurate commemorans. Quæ vero ad præſentem pertinent diſputationem, audite. Carthagine permultum temporis extraxit, quod Saturnus apud nos in magno eſt honore: inveniens etiam membranas quaſdam ſacras, ſub excidium prioris urbis clam exportatas et humi per longum tempus abditas latenteſque, dixit de iis qui in Deorum habentur numero, præcipuam venerationem Lunæ deberi, ut quæ plurimum juris in vitam noſtram haberet: meque ut eam

καί μοι παρεκελεύετο τιμᾷν διαφερόντως τὴν Σελήνην, ὡς τοῦ βίου κυριωτάτην οὖσαν. * ἐχομένην.

κζ΄. Θαυμάζοντος δέ μου ταῦτα, καὶ δεομένου σαφέστερον
D ἀκοῦσαι, Πολλά, εἶπεν, ὦ Σύλλα, περὶ θεῶν, οὐ πάντα δὲ καλῶς λέγεται παρ᾽ Ἕλλησιν. Οἷον εὐθύς, ὀρθῶς Δήμητραν καὶ Κόρην ὀνομάζοντες, οὐκ ὀρθῶς ὁμοῦ καὶ περὶ τὸν αὐτὸν ἀμφοτέρας εἶναι τόπον νομίζουσιν· ἡ μὲν γὰρ ἐν Γῇ καὶ κυρία τῶν περὶ Γῆν ἐστιν, ἡ δὲ ἐν Σελήνῃ καὶ τῶν περὶ Σελήνην· Κόρη τε καὶ Περσεφόνη κέκληται, τὸ μὲν ὡς φωσφόρος οὖσα, Κόρη δὲ ὅτι καὶ τοῦ ὄμματος, ἐν ᾧ τὸ εἴδωλον ἀντιλάμπει τοῦ βλέποντος, ὥσπερ τὸ Ἡλίου φέγγος ἐνορᾶται τῇ Σελήνῃ, κόρην προσαγορεύομεν. Τοῖς τε περὶ τὴν πλάνην καὶ τὴν ζήτησιν
E αὐτῶν λεγομένοις ἔνεστι * τὸ ἀληθές· ἀλλήλων γὰρ ἐφίενται

C. 10. οὖσαν. * ἐχομένην] Forte supplendum οὖσαν ἡγέμονα· τὴν δὲ Γῆν ἐχομένην. itaque verti.

D. 6. καὶ τῶν περὶ Σελήνην] Sic E. Vulgo, παρὰ τῶν ἐν τῇ Σελήνῃ. Ceteri aliter variant.

E. 1. ἔνεστι * τὸ ἀληθές] Tale quid excidit, ἔνεστιν ἐπιεικῶς σὺν τῷ μυθώδει καὶ τὸ ἀληθές.

studiosius quam alia numina colerem, hortatus est: proximo secundum illam loco Terram haberem.

XXVII. Hæc ego cum mirarer, et planius mihi explicari cuperem: Multa, inquit, O Sylla, de Diis apud Græcos, non omnia tamen recte dicuntur. Quale initio statim hoc occurrit, quod Cererem et Proserpinam recte nominantes, non recte simul, et circa eundem locum versari ambas censent. Ceres enim in Terra est, et terrestrium effectorum potestate prædita: Proserpina in Luna est, et rebus præest lunaribus: Persephones vero nomen et Cores, quod est puellæ, gerit Proserpina: illud quia lucifera est: hoc, quod etiam pupilla oculi ita Græcis appellatur; quia visa res in ea conspicitur, haud secus quam Sol in Luna. Atque iis quoque, de erroribus Proserpinæ, utque fuerit a Cerere quæsita, fabulis, veri aliquid

χωρὶς οὖσα, καὶ συμπλέκονται περὶ τὴν σκιὰν πολλάκις· τὸ δὲ νῦν μὲν ἐν οὐρανῷ καὶ φωτί, νῦν δὲ ἐν σκότῳ καὶ νυκτὶ γενέσθαι περὶ τὴν Κόρην, ψεῦδος μὲν οὐκ ἔστιν, ὁ δὲ χρόνος τῷ ἀριθμῷ πλάνην παρέσχηκεν· οὐ γὰρ ἓξ μῆνας ἀλλὰ παρ' ἓξ μῆνας ὁρῶμεν αὐτὴν ὑπὸ τῆς Γῆς, ὥσπερ ὑπὸ τῆς μητρός, τῇ σκιᾷ λαμβανομένην, ὀλιγάκις δὲ τοῦτο διὰ πέντε μηνῶν παροῦσαν· ἐπεὶ τόν γε ᾅδην F ἀπολιπεῖν ἀδύνατόν ἐστιν αὐτήν, τοῦ ᾅδου περοῦσαν, ὥσπερ καὶ Ὅμηρος ἐπικρυψάμενος, οὐ φαύλως τοῦτο εἶπεν,

Ἀλλ' ἐς Ἠλύσιον πεδίον καὶ πείρατα γαίης·

ὅπου γὰρ ἡ σκιὰ ἐπινεμομένη παύεται, τοῦτο τέρμα τῆς Γῆς ἔθετο καὶ πέρας· εἰς δὲ τοῦτο φαῦλος μὲν οὐδεὶς οὐδὲ ἀκάθαρτος ἄνεισιν, οἱ δὲ χρηστοὶ μετὰ τὴν τελευτὴν κομισθέντες αὐτόθι, ῥᾷστον μὲν οὕτω βίον, οὐ μὴν μακάριον οὐδὲ θεῖον ἔχοντες ἄχρι τοῦ δευτέρου θανάτου διατελοῦσι.

E. 4. περὶ τὴν Κόρην] περὶ delendum.
F. 1. παροῦσαν] Legendum παθοῦσαν, vel πάσχουσαν.
F. 2. περοῦσαν] Sic Steph. neſcio unde; niſi ex Bongarſ. At Ald. Baſ. Xyl. B. E. περ οὖσαν: unde T. et ipſum Exempl. Turneb. fecit πέρας οὖσαν; quod magis probem.

ineſt: nam ſe invicem deſiderant disjunctæ: et in umbra ſe mutuo ſæpe complectuntur. Et quod Proſerpina modo in cœlo et lumine, modo in tenebris et nocte dicitur eſſe, id mendacium non eſt; ſed tempus errori anſam ſuo præbuit numero. Non enim ſex menſes, ſed ſexto menſe videmus eam a Terra tamquam matre ſub umbra detineri: idque raro quinto menſe fieri. Nam fieri nequit ut Plutonem relinquat, cujus eſt ipſa terminus: quod Homerus occulte quidem, ſed non inepte ſignificavit:

Elyſium in campum, qua terræ terminus exſtat,
Te ducent ſuperi:

ubi enim umbra deſinit ingruere, eum terminum et finem Terræ poſuit. In illum vero campum nemo improbus aut impurus venit: boni poſt mortem eo delati, facillimam quidem, non tamen beatam aut divinam, vitam agunt uſque ad ſecundam mortem.

κη'. Τίς δὲ οὗτος ἐστιν, ὦ Σύλλα, Μὴ περὶ τούτων
943 ἔρῃ, μέλλω γὰρ αὐτὸς διηγεῖσθαι. Τὸν ἄνθρωπον οἱ πολλοὶ σύνθετον μὲν ὀρθῶς, ἐκ δυοῖν δὲ μόνον σύνθετον οὐκ ὀρθῶς ἡγοῦνται· μόριον γὰρ εἶναί πως ψυχῆς οἴονται τὸν νοῦν, οὐδὲν ἧττον ἐκείνων ἁμαρτάνοντες οἷς ἡ ψυχὴ δοκεῖ μόριον εἶναι τοῦ σώματος· νοῦς γὰρ ψυχῆς, ὅσῳ ψυχὴ σώματος, ἄμεινόν ἐστι καὶ θειότερον· ποιεῖ δὲ ἡ μὲν ψυχῆς σύνοδος λόγον, ὧν τὸ μὲν ἡδονῆς ἀρχὴ καὶ πόνου, τὸ δὲ ἀρετῆς καὶ κακίας. Τριῶν δὲ τούτων συμπαγέντων, τὸ μὲν σῶμα ἡ Γῆ, τὴν δὲ ψυχὴν ἡ Σελήνη, τὸν δὲ νοῦν ὁ Ἥλιος παρέσχεν εἰς τὴν γένεσιν. * ὥσπερ αὖ τῇ Σελήνῃ τὸ φέγγος. Ὃν δὲ ἀποθνήσκομεν θάνατον, ὁ μὲν ἐκ τριῶν

F. 10. οὗτος] Forte, οὕτως.
F. 10. ὦ Σύλλα] Xyl. accepit pro interpellatione Lampriæ; ita ἔφην interponendum sit. Amiotus, pro conversione hospitis ad Syllam in continua Syllæ oratione. Prius, ut in re dubia, versione retinui.
A. 4. οὐδὲν ἧττον—εἶναι τοῦ σώματος] Addidimus hæc ex B. E.
A. 6. ποιεῖ δὲ—λόγον, ὧν] Mutilus locus, forte ita restituendus ut vertimus, ποιεῖ δὲ ἡ μὲν ψυχῆς καὶ σώματος σύνοδος πάθος, ἡ δὲ νοῦ καὶ ψυχῆς λόγον. Ex B. E. est ὧν, pro τῶν.
A. 10. γένεσιν. * ὥσπερ αὖ] αὖ est ex E. pro vulgato ἄν. Hiatus, si quidem aliquid excidit, hanc in sententiam explendus videtur, γένεσιν· καὶ γὰρ καὶ ἡ Σελήνη παρέχει τῇ Γῇ ὑγρότητα γόνιμον καὶ φέγγος, ὥσπερ αὖ ὁ Ἥλιος τῇ Σελήνῃ τὸ φέγγος.

XXVIII. Quæ vero, O Sylla, hæc est? aiebam. Tum ille: Noli, inquit, de his quærere: sum enim ipse narraturus. Hominem plerique compositum statuunt, recte hoc: non recte, quod e duabus tantum partibus constare putant, mentem partem quodammodo animæ esse opinantes: non leviore illi errore lapsi iis, qui animam partem corporis esse putant. Etenim mens tanto est præstantior quam anima ac divinior, quanto anima præstat corpori. Facit autem coitus animæ cum corpore, affectum; cum mente rationem: quorum alterum voluptatis et doloris est principium, alterum virtutis et vitii. His tribus compactis, Terra corpus, animam Luna, mentem Sol creando homini præbuit, sicuti Lunæ splendorem. Mors autem, quam obimus, alia ex tribus duo facit hominem, a-

δύο ποιεῖ τὸν ἄνθρωπον, ὁ δὲ ἓν ἐκ δυοῖν· καὶ ὁ μὲν
ἐστιν ἐν τῇ τῆς Δήμητρος. * ἐν αὐτῇ τελεῖν, καὶ τοὺς B
νεκροὺς Ἀθηναῖοι Δημητρείους ὠνόμαζον τὸ παλαιόν· ὁ
δὲ ἐν τῇ Σελήνῃ τῆς Περσεφόνης· καὶ σύνοικος ἐστι, τῆς
μὲν χθόνιος ὁ Ἑρμῆς, τῆς δὲ, οὐράνιος· λύει δὲ αὐτὴ
μὲν ταχὺ καὶ μετὰ βίας τὴν ψυχὴν ἀπὸ τοῦ σώματος,
ἡ δὲ Περσεφόνη πράως καὶ χρόνῳ πολλῷ τὸν νοῦν ἀπὸ
τῆς ψυχῆς, καὶ διὰ τοῦτο μονογενὴς κέκληται, μόνον γὰρ
γίνεται τὸ βέλτιστον τοῦ ἀνθρώπου διακρινόμενον ὑπ᾽
αὐτῆς. Συντυγχάνει δὲ οὕτως κατὰ φύσιν ἑκάτερον.
Πᾶσαν ψυχὴν, ἄνουν τε καὶ σὺν νῷ, σώματος ἐκπε-
σοῦσαν εἱμαρμένον ἐστὶ τὸ μεταξὺ Γῆς καὶ Σελήνης χωρίῳ C
πλανηθῆναι χρόνον οὐκ ἴσον. Ἀλλ᾽ αἱ μὲν ἄδικοι καὶ

B. 1. Δήμητρος. * ἐν αὐτῇ τελεῖν] Loci ut ſententiam reddidimus, ita fere verba ſupplenda, ἐν τῇ τῆς Δήμητρος μοίρᾳ· ὅθεν τὸ μυεῖσθαι, παρωνύμως τῷ τελευτᾶν ἐν αὐτῇ, τελεῖν—.

B. 2. ὠνόμαζον—Σελήνῃ] Ita conſtituendum duxi hunc locum ex pervulgata omnium librorum temeritate iſta, ὠνόμαζον· Τὸ παλαιὸν δὲ ἐν τῇ Σελήνῃ.

B. 8. βέλτιστον] Sic B. E. Vulgo, βέλτιον. Ceteri variant in hoc loco.

C. 1. τὸ μεταξὺ] Forte, ἐν τῷ μεταξύ.

lia unum e duobus: et altera eſt in Cereris ditione, ſeu Terra, unde initiandi et moriendi cognata ſunt nomina Græcis, τελευτᾶν et τελεῖν: et mortuos Athenienſes *Demetreos*, hoc eſt Cereales, dixerunt antiquitus. Mors in Luna ſubeſt Proſerpinæ: et illius quidem contubernalis eſt Mercurius terreſtris, hujus cœleſtis. Solvit autem Ceres celeriter ac vi animam a corpore: mentem ab anima leniter et longo temporis decurſu Proſerpina, ideoque unigenita appellatur; unica enim fit hominis melior pars, ab ea ſecreta. Evenit autem ſic ſecundum naturam utrumque. Omnis anima, ſive prædita ſive carens mente, ubi primum e corpore exiit, fati lege ad tempus vagatur ea in regione quæ Terram et Lunam interjacet. Verum non idem eſt omnibus tempus præſcriptum. Impiæ enim et in-

ἀκόλαστοι δίκας τῶν ἀδικημάτων τίνουσι· τὰς δὲ ἐπιεικεῖς, ὅσον ἀφαγνεῦσαι καὶ ἀποπνεῦσαι ἀπὸ τοῦ σώματος, ὥσπερ αἰτίου πονηροῦ, μιασμοὺς, ἐν τῷ πραοτάτῳ τοῦ ἀέρος, ὃν λειμῶνας ᾅδου καλοῦσι, δεῖ γίνεσθαι χρόνον τινὰ τεταγμένον· εἶτα, οἷον ἐξ ἀποδημίας ἀνακομιζόμεναι φυγαδικῆς εἰς πατρίδα, γεύονται χαρᾶς, οἵαν οἱ τελούμενοι μάλιστα θορύβῳ καὶ πτοήσει συγκεκραμένην μετ' ἐλπίδος ἰδίας ἔχουσι· πολλὰς γὰρ ἐξωθεῖ καὶ ἀποκυμα-
D τίζει γλιχομένας ἤδη τῆς Σελήνης, ἐνίας δὲ καὶ τῶν ἐκεῖ περὶ κάτω τερπομένας ὥσπερ εἰς βυθὸν αὖθις ὁρῶσι καταγινομένας. Αἱ δὲ ἄνω γινόμεναι, καὶ βεβαίως ἱδρύθησαν, πρῶτον μὲν, ὥσπερ οἱ νικηφόροις, περιΐστᾶσιν ἀναδούμεναι στεφάνοις πτερῶν εὐσταθείας λεγομένους, ὅτι τῆς ψυχῆς τὸ ἄλογον καὶ τὸ παθητικὸν, εὐήνιον ἐπιεικῶς τῷ λόγῳ καὶ

C. 5. μιασμοὺς] Forte, μιασμῶν.
C. 10. ἰδίας] ἡδείας vertendo corrigere voluit Xyl. quod forte præstat.
D. 1. ἤδη τῆς Σελήνης] Forte, ἤδη αὐτῆς ἡ Σελήνη.
D. 2. περὶ κάτω τερπομένας] Legendum περὶ τὰ κάτω τ. Ceterum B. E. τρεπομένας, quod vulgato non præferendum.
D. 3. ἱδρύθησαν] Malim, ἱδρυθεῖσαι.
D. 4. νικηφόροις, περιΐστᾶσιν] Lego, νικηφόροι, περίιασι.

temperantes animæ pœnas flagitiorum luunt: piæ certum tempus, quantum ad lustrandum, et corporis, utpote malæ caussæ, pollutiones abolendum sufficit, in aëris purissima parte degunt, quam *prata Ditis* appellant: deinde veluti ab exsilio in patriam reductæ, gaudium degustant, quale maxime percipiunt qui sacris initiantur, trepidatione ac suavi spe permixtum. Multas enim extrudit, æstuandoque projicit Luna jam attingere eam affectantes: nonnullas etiam quæ jam eo pervenerint, vident delectatas in regionibus ejus inferioribus, tanquam in profundum denuo deferri. Quæ autem sursum evaserunt, ac firmiter sunt collocatæ, primum, ut solemni certamine victores, obeunt coronatæ *pennis*, quæ *constantiæ* dicuntur; quia animæ vim brutam et motibus vagis obnoxiam in vita ratio-

κεκοσμημένον ἐν τῷ βίῳ παρέχοντο· δεύτερον, ἀκτῖνι
τὴν ὄψιν ἐοικέναι, περὶ δὲ τὴν ψυχὴν ἄνω κουφιζο-
μένην, ὥσπερ ἐνταῦθα, τῷ περὶ τὴν Σελήνην αἰθέρι,
καὶ τόνον ἀφ' αὐτοῦ καὶ δύναμιν, οἷον τὰ στομούμενα βα-
φὴν, ἴσχουσι· τὸ γὰρ ἀραιὸν ἔτι καὶ διακεχυμένον ῥώννυται, E
καὶ γίνεται σταθερὸν καὶ διαυγὲς, ὥστε ὑπὸ τῆς τυχούσης
ἀναθυμιάσεως τρέφεσθαι· καὶ καλῶς Ἡράκλειτος εἶπεν
ὅτι, " Αἱ ψυχαὶ ὀσμῶνται καθ' ᾅδην."

κθ'. Ἐφορῶσι δὲ πρῶτον μὲν αὐτῆς Σελήνης τὸ
μέγεθος, καὶ τὸ κάλλος, καὶ τὴν φύσιν οὐχ ἁπλῆν οὐδὲ
ἄμικτον, ἀλλ' οἷον ἄστρου σύγκραμα καὶ γῆς οὖσαν· ὡς
γὰρ ἡ Γῆ πνεύματι μεμιγμένη καὶ ὑγρῷ μαλακὴ γέγονε,
καὶ τὸ αἷμα τῇ σαρκὶ παρέχει τὴν αἴσθησιν ἐγκε-
κραμένον, οὕτω τῷ αἰθέρι λέγουσι τὴν Σελήνην ἀνακε-
κραμένην διὰ βάθους, ἅμα μὲν ἔμψυχον εἶναι καὶ γό-

D. 8. ἐοικέναι—αἰθέρι] Sententia in Latinis a nobis expressa, corrigendam videtur ἐοικυῖαι, πυρὶ δὲ τὴν ψυχὴν, ὥσπερ ἐνταῦθα, ἄνω κουφιζομένην, ἐν τῷ περὶ τὴν Σελήνην αἰθέρι—. τῷ sumtum ex B. E. pro vulgato τό.
D. 10. ἀφ' αὐτοῦ] Forte, ἀπ' αὐτοῦ.

ni obsequentem compositamque habuerint. Deinde visus eorum radiis est similis, anima igni, quippe sursum elata, prouti et hac in terra ignis sursum fertur, in Lunari æthere, ab eo vim quandam roburque accipiunt, ut ferrum candens aquæ immersum: quod enim rarum adhuc est et diffusum, roboratur fitque stabile et pellucidum, ita ut a quavis exhalatione nutriatur. Et præclare dixit Heraclitus, *Animas in Orco odorari.*

XXIX. Conspiciunt autem primum ipsius Lunæ magnitudinem et pulchritudinem ac naturam: non simplicem aut sinceram eam, sed aliquid e terra et stella contemperatum. Sicut enim Terra, spiritu mixta et humore, mollis est facta, et sanguis carni admixtus sensum præbet: ita ætheri aiunt Lunam profunde permixtam, simul et

νιμον, ἅμα δὲ ἰσόρροπον ἔχειν τὴν πρὸς τὸ βαρὺ συμ-
F μετρίαν τῆς κουφότητος. Καὶ γὰρ αὐτὸν οὕτω τὸν κόσ-
μον ἐκ τῶν ἄνω καὶ τῶν κάτω φύσει φερομένων συνηρ-
μοσμένον, ἀπηλλάχθαι παντάπασι τῆς κατὰ τόπον κι-
νήσεως. Ταῦτα δὲ καὶ Ξενοκράτης ἔοικεν ἐννοῆσαι θείῳ
τινὶ λογισμῷ, τὴν ἀρχὴν λαβὼν παρὰ Πλάτωνος. Πλά-
των γάρ ἐστιν ὁ καὶ τῶν ἀστέρων ἕκαστον ἐκ γῆς καὶ πυρὸς
συνηρμόσθαι διὰ τῶν μεταξὺ φύσεων ἀναλογίᾳ δοθεισῶν
ἀποφηνάμενος· οὐδὲν γὰρ εἰς αἴσθησιν ἐξικνεῖσθαι, ᾧ μή
τι γῆς ἐμμέμικται καὶ φωτός. Ὁ δὲ Ξενοκράτης, τὰ
μὲν ἄστρα καὶ τὸν Ἥλιον ἐκ πυρός, φησί, καὶ τοῦ πρώτου
944 πυκνοῦ συγκεῖσθαι, τὴν δὲ Σελήνην ἐκ τοῦ δευτέρου
πυκνοῦ καὶ τοῦ ἰδίου ἀέρος, τὴν δὲ Γῆν ἐξ ὕδατος καὶ πυρὸς
καὶ τοῦ τρίτου τῶν πυκνῶν· ὅλως δὲ μήτε τὸ πυκνὸν
αὐτὸ καθ' αὐτό, μήτε τὸ μανόν, εἶναι ψυχῆς δεκτικόν.
Καὶ ταῦτα μὲν περὶ οὐσίας Σελήνης. Εὖρος δὲ καὶ μέγεθος

F. 7. δοθεισῶν[Vocabulum geometricum veri ſpeciem habet, vanam tamen: præſtat δεθεισῶν cum Leonic.

animatam eſſe ac fœcundam, et gravitatis levitatiſque æqualia momenta habere. Nam ipſum quoque mundum ex iis quæ ſurſum, et iis quæ deorſum feruntur, natura contemperatum, ab omni mutatione loci eſſe liberum. Hæc etiam Xenocrates divina quadam ratiocinatione videtur deprehendiſſe, a Platone ſumto principio. Plato enim eſt, qui ſtellarum quoque unam quamlibet ex terra et igne concinnatam, pronunciavit, per intermedias naturas proportione datas; nihil enim ſentiri, cui nihil terræ et luminis ſit admixtum. Xenocrates autem ſtellas et Solem ex igne, ait, et primo denſo compoſitas: Lunam autem ex ſecundo denſo, et peculiari aëre: Terram ex aqua, igne, et tertio denſo: omnino autem neque denſum ipſum per ſe, neque rarum eſſe capax animæ. Atque hæc quidem de ſubſtantia Lunæ. Latitudinem autem ejus et magni-

οὐχ ὅσον οἱ γεωμέτραι λέγουσιν, ἀλλὰ μεῖζον πολλῷ ἐστι· καταμετρεῖ δὲ τὴν σκιὰν τῆς Γῆς ὀλιγάκις τοῖς ἑαυτῆς μεγέθεσιν οὐχ ὑπὸ σμικρότητος, ἀλλὰ θερμοτάτην ἐπάγει τὴν κίνησιν, ὅπως ταχὺ διαπεράσῃ τὸν σκοτώδη τόπον ὑπεκφέρουσα τὰς τῶν ἀγαθῶν ψυχὰς ἀσπευδούσας καὶ βοώσας· οὐκ ἔτι γὰρ ἐξακούουσιν ἐν τῇ σκιᾷ γενόμεναι τῆς περὶ τὸν οὐρανὸν ἁρμονίας· ἅμα δὲ καὶ κάτωθεν αἱ τῶν B κολαζομένων ψυχαὶ τηνικαῦτα διὰ τῆς σκιᾶς, ὀδυρόμεναι καὶ ἀλαλάζουσαι προσφέρονται· (διὸ καὶ κροτεῖν ἐν ταῖς ἐκλείψεσιν εἰώθασιν οἱ πλεῖστοι χαλκώματα, καὶ ψόφον ποιεῖν καὶ πάταγον ἐπὶ τὰς ψυχάς)· ἐκφοβεῖ δὲ αὐτὰς καὶ τὸ καλούμενον πρόσωπον, ὅταν ἐγγὺς γένωνται, βλοσυρόν τι καὶ φρικῶδες ὁρώμενον. Ἔστι δὲ οὐ τοιοῦτον· ἀλλ' ὥσπερ ἡ παρ' ἡμῖν ἔχει Γῆ κόλπους βαθεῖς καὶ μεγάλους, ἕνα μὲν ἐνταῦθα διὰ στηλῶν Ἡρα-

A. 8. θερμοτάτην ἐπάγει] Libri alii aliter variant: B. θερμότητος præbet, E. ἐπείγει: unde corrigendum videtur, θερμότητος ἢ ἐπείγει—.

B. 3. καὶ ἀλαλάζουσαι προσφέρονται] Sic B. E. Baſ. Xyl. et in ἀλαλάζουσαι adſentitur Ald. Nam καὶ ipſe addidi. Vulgo, ἀλαλάζουσι διαφερόντως: quod Steph. habuit ex Leonic. Schott. Anon.

tudinem non quantam geometræ dicunt, ſed multis modis majorem: dimetitur autem umbram paululum ſuis magnitudinibus, non ob parvitatem, ſed calidiſſime motum concitat, ut celeriter perambulet umbroſum locum, ſimul efferens animas bonorum feſtinantes et vociferantes: nam cum in umbra ſunt, exaudire deſinunt harmoniam cœli: ſimul etiam animæ quæ infra ſunt ſupplicia luentium, tunc per umbram lamentantes et conclamantes adferuntur. Ideo in defectibus plerique ſolent æra pulſare, ac ſonitum fragoremque adverſus animas edere. Terret eas etiam ea quæ dicitur facies, quando propius accedunt, horrenda eis et terribilis apparens. Non eſt autem talis. Sed ſicut noſtra Terra ſinus habet profundos ac magnos, quorum unus per columnas Herculis hac ad nos infunditur,

κλείων ἀναχεόμενον εἴσω πρὸς ἡμᾶς, ἔξω δὲ τὸν Κάσ-
C πιον καὶ τοὺς περὶ τὴν Ἐρυθρὰν θάλατταν, οὕτω βάθη ταῦτα τῆς Σελήνης ἐστὶ καὶ κοιλώματα· καλοῦσι δὲ αὐτῶν τὸ μὲν μέγιστον Ἑκάτης μυχὸν, ὅπου καὶ δίκας διδόασιν αἱ ψυχαὶ καὶ λαμβάνουσιν, ὧν ἂν ἤδη γεγενημέναι δαίμονες ἢ πάθωσιν ἢ δράσωσιν· τὰ δὲ δύο, μακρὰ, περαιοῦνται γὰρ αἱ ψυχαὶ δι' αὐτῶν, νῦν μὲν εἰς τὰ πρὸς οὐρανὸν τῆς Σελήνης, νῦν δὲ πάλιν εἰς τὰ πρὸς Γῆν. Ὀνομάζεσθαι δὲ τὰ μὲν πρὸς οὐρανὸν τῆς Σελήνης, Ἠλύσιον πεδίον· τὰ δ' ἐνταῦθα, Περσεφόνης οὐκ ἀντίχθονος.

λ'. Οὐκ ἀεὶ δὲ διατρίβουσιν ἐπ' αὐτὴν οἱ δαίμονες,
D ἀλλὰ χρηστηρίων δεῦρο κάτιασιν ἐπιμελησόμενοι, καὶ ταῖς ἀνωτάτω συμπάρεισι καὶ συνοργιάζουσι τῶν τελετῶν, κολασταί τε γίνονται καὶ φύλακες ἀδικημάτων, καὶ σωτῆρες

C. 5. δαίμονες] Additum ex B. E.

C. 5. τὰ δὲ δύο, μακρὰ] Sic Steph. ex Turneb. et Amiot. At Leonic. μακρά. B. E. Ald. Bas. Xyl. τὰς δὲ δύο μακράς. Itaque retinui versionem Xyl.

C. 9. οὐκ ἀντίχθονος] Delendum forte οὐκ ut e proximo ortum; Xyl. vertit καί: aliter Amiot. nil ad rem.

C. 11. ἐπ' αὐτὴν] Legendum, ἐπ' αὐτῇ.

alter foris eſt maris Caſpii ac Rubri: ſic in Luna etiam cavernæ ſunt et profunda. Cavernarum ejus maximam *Penetralia Hecates* vocant, ubi animæ jam genii factæ, injuriarum cum acceptarum pœnas repetunt, tum illatarum luunt: duæ aliæ *longæ* dicuntur, quia per eas tranſmittuntur animæ alias in partem Lunæ obverſam Terræ, alias in cœlo obverſam. Appellantur autem partes Lunæ cœlo obverſæ *Elyſius campus*: huc pertinentes, *Proſerpinæ Antichthonis*, id eſt Terræ oppoſitæ.

XXX. Non ſemper autem in Luna morantur genii, ſed huc deſcendunt ut oracula procurent: et ſupremis adſunt orgiis atque ſacrificiis, puniunt flagitia, ſalutareſque

ἔν τε πολέμοις καὶ κατὰ θάλατταν ἐπιλάμπουσιν· ὅ, τι δ' ἂν μὴ καλῶς περὶ ταῦτα πράξωσιν, ἀλλ' ὑπ' ὀργῆς ἢ πρὸς ἄδικον χάριν ἢ φθόνῳ, δίκην τίνουσιν· ὠθοῦνται γὰρ αὖθις ἐπὶ γῆν συῤῥηγνύμενοι σώμασιν ἀνθρωπίνοις. Ἐκ δὲ τῶν βελτιόνων ἐκείνων οἵ τε περὶ τὸν Κρόνον ὄντες ἔφασαν αὐτοὺς εἶναι, καὶ πρότερον ἐν τῇ Κρήτῃ τοὺς Ἰδαίους Δακτύλους, ἔν τε Φρυγίᾳ τοὺς Κορύβαντας γενέσθαι, καὶ τοὺς περὶ Βοιωτίαν ἐν Λεβαδείᾳ Τροφωνιάδας, καὶ μυ- E
ρίους ἄλλους πολλαχόθι τῆς οἰκουμένης· ὧν ἱερὰ καὶ τιμαὶ καὶ προσηγορίαι διαμένουσιν, αἱ δὲ δυνάμεις ἐνίων ἀπολείπουσιν, εἰς ἕτερον τόπον τῆς ἀρίστης ἐξαλλαγῆς τυγχανόντων. Τυγχάνουσι δὲ οἱ μὲν πρότερον, οἱ δὲ ὕστερον, ὅταν ὁ νοῦς ἀποκριθῇ τῆς ψυχῆς· ἀποκρίνεται δὲ ἔρωτι τῆς περὶ τὸν Ἥλιον εἰκόνος, δι' ἧς ἐπιλάμπει τὸ ἐφετὸν καὶ καλὸν καὶ θεῖον καὶ μακάριον, οὗ πᾶσα φύσις, ἄλλη δὲ

D. 7. συῤῥηγνύμενοι] Forte, συνειργνύμενοι.
E. 1. ἐν Λεβαδείᾳ] Ita Baf. Xyl. Steph. Amiot. Leonic. Schott. Turneb. ex conjectura ut videtur non ex libris: quippe ἴσως additum in Leonic. Schott. Turneb. Nam Ald. ἐνουδώσα: B. E. ἐν Οὐδώρᾳ.

in bellis et mari adfulgent. Quod si quid horum non recte gerant, sed pro libidine, aut injusta gratia vel odio, pœnas pendunt: detruduntur enim rursus in Terram, et cum corporibus humanis conflictantur. E meliorum geniorum censu illi qui cum Saturno fuere, se dixerunt esse, et antiquitus in Creta Idæos Dactylos, in Phrygia Corybantas, et apud Lebadiam Bœotiæ Trophoniadas, atque innumeros alios passim per orbem terrarum: quorum sacra, honores, et nomina etiamnum manent: facultates quorumdam, optimam nactæ mutationem, alio transiverunt. Nanciscuntur autem alii prius, alii posterius, mente ab animo secreta: secernitur vero amore solaris imaginis, per quam effulget id quod expetendum, pulchrum, divinum, beatumque est bonum, quod omnis natura, sed alia

ἄλλως, ὀρέγεται. Καὶ γὰρ αὐτὴν τὴν Σελήνην ἔρωτι τοῦ Ἡλίου περιπολεῖν ἀεὶ καὶ συγγίνεσθαι, ὀρεγομένην ἀπ' αὐτοῦ τὸ γονιμώτατον. Λείπεται δὲ ἡ τῆς ψυχῆς
F φύσις ἐπὶ τὴν Σελήνην, οἷον ἴχνη τινὰ βίου καὶ ὀνείρατα διαφυλάττουσα· καὶ περὶ ταύτης ὀρθῶς ἡγοῦ λελέχθαι, τὸ,

Ψυχὴ δ' ἠΰτ' ὄνειρος ἀποπταμένη πεπότηται·

οὐδὲ γὰρ εὐθὺς οὐδὲ τοῦ σώματος ἀπαλλαγεῖσα τοῦτο πέπονθεν, ἀλλὰ ὕστερον, ὅταν ἔρημος καὶ μόνη τοῦ νοῦ ἀπαλλαττομένη γίνηται. Καὶ Ὅμηρος, ὧν εἶπε, πάντων μάλιστα δὴ κατὰ θεὸν εἰπεῖν ἔοικε περὶ τῶν καθόλου,

Τὸν δὲ μετ' εἰσενόησα βίην Ἡρακληείην,
Εἴδωλον· αὐτὸς δὲ μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσιν·

αὐτός τε γὰρ ἕκαστος ἡμῶν οὐ θυμός ἐστιν, οὐδὲ φόβος, οὐδὲ ἐπιθυμία, καθάπερ οὐδὲ σάρκες, οὐδὲ ὑγρότητες, ἀλλ'
945 ᾧ διανοούμεθα καὶ φρονοῦμεν, ἥ τε ψυχὴ τυπουμένη μὲν

E. 11. γονιμώτατον] Forte additum fuit λαμβάνειν vel δέχεσθαι, idque similitudine proxime vocis excidit; ut legendum videatur, περιπολεῖν ἀεὶ, συγγίνεσθαι ὀρεγομένην, καὶ ἀπ' αὐτοῦ τὸ γονιμώτατον λαμβάνειν.
F. 1. ἐπὶ τὴν Σελήνην] Forte, ἐπὶ τῇ Σελήνῃ.
F. 7. καθόλου] Legendum καθ' ᾄδου, ut vertit Amiot.
F. 11. ἀλλ' ᾧ διανοούμεθα] ᾧ, loco vulgati ὃ, sumtum ex Leonic. Schott.

οὖς, οὐχ ὡς ἀπροσδεεῖς τούτου πάσχουσιν, ἀλλὰ περιουσίᾳ καὶ πλεονασμῷ τοῦ ἐν ἑαυτοῖς θερμοῦ· ὥστε καὶ κατὰ τοῦτο ὑπερέχειν τὴν τοῦ Πυρὸς χρείαν, ὡς εἰκός. Τὸ μὲν Ὕδωρ οὐδέποτε τοιοῦτον ὥστε μὴ δεῖσθαι τῆς ἐκτός· τὸ δὲ Πῦρ
C ὑπ' ἀρετῆς πολλῆς, καὶ αὐτάρκες. Ὡς οὖν στρατηγὸς ἀμείνων ὁ παρασκευάσας τὴν πόλιν μὴ δεῖσθαι τῶν ἔξωθεν συμμάχων, οὕτω καὶ στοιχεῖον ὃ τῆς ἔξωθεν ἐπικουρίας παρέχον πολλάκις μὴ δεόμενον, ὑπερέχον· τοῦτο ῥητέον καὶ περὶ τῶν ἄλλων ζώων ὅσα μὴ προσδεῖται. Καίτοιγε εἰς τοὐναντίον λάβοι τις ἄν, ὃ χρησιμώτερον εἶναι τοῦτο ᾧ χρώμεθα μόνοι, καὶ μάλιστα ὃ βέλτιον ἐκ λογισμοῦ λαβεῖν δυνάμενοι. Ἐπεὶ τί λόγου χρησιμώτερον, ἢ μᾶλλον ἀνθρώποις λυσιτελέστερον; ἀλλ' οὐ πάρεστι τοῖς ἀλόγοις· τί

C. 4. τοῦτο ῥητέον] Hoc ad antecedentia adjungunt G. Venet. Colleg. Nov. Mosc. 2: et est in aliis etiam libris varietas per hunc locum. Equidem, legam,—ὑπερέχον τοῦτο ῥητέον. Καὶ περὶ τῶν ἄλλων ζώων, ὅσα μὴ πυρὸς δεῖται, τοῦτό γε εἰς τοὐναντίον λάβοι τις ἄν—.

C. 8. ἢ μᾶλλον ἀνθρώποις λυσιτελέστερον] De *igne* accipiendum, non de *ratione* nisi putidam iterationem inducere velimus. Igitur corrigam, ἢ μᾶλλον ἀνθρώπῳ πυρὸς λυσιτελὲς ἕτερον.

requirunt, non eo id faciunt, quod nihil opus habeant calore: sed ob abundantiam insiti caloris hoc fit: ut hac quoque in parte Ignis priores ferat: quandoquidem Aqua nunquam ea est conditione ut non indigeat externis, virtus sua Ignem seipso facit contentum. Sicut ergo ducem præstantissimum censemus, qui urbem ita instruit, ut externis non indigeat auxiliis: ita hoc quoque elementum dicemus potius, quod efficit, ut plerisque in rebus extra nos nihil desideremus. Quod idem de aliis animalibus, quæ caloris externi non indigent, in contrariam sententiam sic possumus argumentari: Melius id esse, quo soli utimur, ejusque bonitatem ratione percipimus. Alioqui ratione quid conducibilius est homini, quid Igne utilius? Dices: atqui eo carent bruta. Quid, inquam? an propterea minus utilis est,

οὖσαν, ἀλλὰ τοῦτο ἧττον ὠφέλιμον ἐκ τῆς προνοίας τοῦ βελτίονος εὑρεθέν; D

ιβ'. Ἐπεὶ δὲ κατὰ τοῦτο τοῦ λόγου γεγόναμεν, τί τέχνης τῷ βίῳ λυσιτελέστερον; τέχνας δὲ πάσας καὶ ἀνεῦρε τὸ Πῦρ καὶ σώζει· διὸ καὶ τὸν Ἥφαιστον ἀρχηγὸν αὐτῶν ποιοῦσι. Καὶ μὴν ὀλίγου χρόνου καὶ βίου τοῖς ἀνθρώποις δεδομένου, ὁ μὲν Ἀρίστων φησὶν, ὅτι ὁ ὕπνος οἷον τελώνης τὸ ἥμισυ ἀφαιρεῖ τούτου· ἐγὼ δὲ ἂν εἴποιμι ὅτι σκότος ἐγρήγορεν ἀεὶ διὰ νυκτός· ἀλλ' οὐδὲν ὄφελος τῆς ἐγρηγόρσεως, εἰ μὴ τὸ Πῦρ τὰ τῆς ἡμέρας ἡμῖν παρεῖχεν ἀγαθὰ, καὶ τὴν ἡμέρας καὶ νυκτὸς ἐξῄρει διαφοράν. Εἰ τοίνυν τοῦ ζῆν οὐδὲν ἀνθρώποις λυσιτελέστερον, καὶ τοῦτο πολλαπλασιάζει τὸ Πῦρ, πῶς οὐκ ἂν εἴη πάντων ὠφελιμώτατον; E

ιγ'. Καὶ μὴν, οὗ πλείστη χρῆσις ἡ τῶν αἰσθήσεων

D. 7. ὁ μὲν Ἀρίστων] Sic E. Harl. Colleg. Nov. Mosc. 1. T. Vulgo, ὡς Ἀρίστων. Venet. Mosc. 2. μὲν Ἀρίστων.

D. 8. ὅτι σκότος] Xyl. et Mez. corrigendum putant ὅτι καὶ εἴ τις. Equidem legendum censeo, ὅτι τὸ σκότος· ἦν γὰρ ἐγρηγορέναι διὰ νυκτός· ἀλλ'—.

inventus ex providentia præstantioris naturæ?

XII. Denique quoniam huc nos oratio deduxit, scire velim quid arti in conferendis ad vitam commoditatibus præstet Aqua. Ignis vero et reperit omnes, et conservat artes: itaque etiam Vulcanum principem ac ducem artium faciunt. Dixit Aristo, *temporis nobis ad vitam dati exigui somnum, quasi vectigalis exactorem, dimidiam auferre partem.* Ego autem sic dico: tenebras hoc facere; quippe si quis vigilaret per totam noctem, nullum fore hujus vigiliæ fructum, nisi Ignis bona nobis diei repræsentaret, noctisque et diei discrimen aboleret. Itaque si nihil homo habet, cui ratione utilitatis vitam postponat, Ignis, qui vitam multiplicat, quomodo non mereatur omnibus anteferri rebus?

XIII. Denique cujus temperiem sensus omnes maxime participant, id haud dubie ar-

μετείληφε, τοῦτ' ἂν εἴη λυσιτελέστερον. Οὐχ ὁρᾷς οὖν ὡς τῇ μὲν ὑγρᾷ φύσει οὐδεμία τῶν αἰσθήσεων κατ' αὐτὴν προσχρῆται, χωρὶς πνεύματος ἢ Πυρὸς ἐγκεκραμένης; τοῦ δὲ Πυρὸς ἅπασα μὲν αἴσθησις, οἷον τὸ ζωτικὸν ἐνεργαζομένου, μετείληφεν, ἐξαιρέτως δὲ ἡ ὄψις, ἥτις ὀξυτάτη τῶν διὰ σώματός ἐστιν αἰσθήσεων, πυρὸς ἔξαμμα οὖσα, καὶ ὅτι θεῶν πίστιν παρέσχηκεν, ἔτι τε, ἡ Πλάτων φησὶ, δυνάμεθα κατασχηματίζειν πρὸς τὰς τῶν ἐν τῷ οὐρανῷ κινήσεις τὴν ψυχὴν διὰ τῆς ὄψεως.

E. 11. καὶ ὅτι θεῶν] Turbatus nexus excerptorem prodit.

bitrari debemus esse utilissimum. Nonne autem animadvertis humore nullum per se uti sensum, nisi in ejus temperie spiritus aut Ignis sit admixtus? Omnis autem sensus cum Igne, utpote vitalem ingenerante facultatem, habet communionem: maxime omnium visus, qui acutissimus est sensuum corporis, ignea quædam natura exsiliens cum sit: et qui fidem nobis fecit esse Deos: quo accedat, quod a Platone est dictum, visu animum hoc consequi, ut ad cœlestium corporum motuumque ordinem se ipse componere possit.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΠΟΤΕΡΑ ΤΩΝ ΖΩΩΝ ΦΡΟΝΙΜΩΤΕΡΑ, ΤΑ ΧΕΡΣΑΙΑ Η ΤΑ ΕΝΥΔΡΑ.

959

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΠΟΤΕΡΑ ΤΩΝ ΖΩΩΝ ΦΡΟΝΙΜΩΤΕΡΑ, ΤΑ ΧΕΡΣΑΙΑ Η ΤΑ ΕΝΥΔΡΑ.

PLUTARCHI

TERRESTRIANE AN AQUATILIA ANIMALIA SINT CALLIDIORA.

B α'. ΑΥΤΟΒΟΥΛΟΣ. Τὸν Τυρταῖον ὁ Λεωνίδας ἐρωτηθεὶς ποῖόν τινα νομίζοι, "Ἀγαθὸν ποιητὴν," ἔφη, "νέων ψυχὰς καλλύνειν" ὡς τοῖς νέοις διὰ τῶν ἐπῶν ὁρμὴν ἐμποιοῦντα μετὰ θυμοῦ καὶ φιλοτιμίας, ἐν ταῖς μάχαις ἀφειδοῦσαν αὐτῶν. Δέδια δή, ὦ φίλοι, μὴ καὶ τὸ τῆς κυνηγεσίας ἐγκώμιον ἐχθὲς ἀνεγνωσμένον, ἐπάρῃ τοὺς

B. 2. νομίζοι—καλλύνειν] Primo legendum—νομίζοι ποιητήν, Ἀγαθόν, ἔφη, v. 4. 2. Deinde animadvertendum καλλύνειν: cujus loco est αἰκάλλειν apud Plut. Vit. Cleomen. p. 809. D. κακκονῆν in Apopht. Lac. 235. F. ubi Mez. corrigit κακκονᾶν, quod in hoc dicto proprium videtur. Var. Lect. Græco-Lat. conjecturam habet, auctoritate signi B, ἀκονᾶν, quam reddidit Amiot.

I. AUTOBULUS. Leonidas interrogatus quid de Tyrtæo sentiret, respondit *se eum existimare poëtam esse bonum ad acuendos adolescentum animos*; quod suis carminibus in his excitaret studium quoddam laudis cum excandescentia conjunctum, et mortis contemtu. Vereor itaque, amici, ne recitata heri venationis laudatio ultra modum

μετρίως πέρα τοὺς φιλοθήρους ἡμῖν νεανίσκους, ὥστε τἆλλα πάρεργα, καὶ τὸ μηδὲν ἡγεῖσθαι, πρὸς τοῦτο παντάπασι ῥυέντας· ὅπου δοκῶ μοι καὶ αὐτὸς ἐκ νέας αὖθις ἀρχῆς παρ' ἡλικίαν ἐμπαθέστερος γεγονέναι, καὶ ποθεῖν ὥσπερ ἡ Εὐριπίδου Φαίδρα

Κυσὶ θωΰξαι
Βαλίαις ἐλάφοις ἐγχριπτόμενος· C

οὕτως ἔθιγέ μου πυκνὰ καὶ πιθανὰ τῶν ἐπιχειρημάτων ἐπάγων ὁ λόγος.

Σωκλαρος. Ἀληθῆ λέγεις, ὦ Αὐτόβουλε· καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἔδοξέ μοι τὸ ῥητορικὸν ἐγείρειν διὰ χρόνου, χαριζόμενος καὶ συνεαρίζων τοῖς μειρακίοις· μάλιστα δὲ ἥσθην τοὺς μονομάχους αὐτοῦ προαχθέντος, ὡς οὐχ ἥκιστα τὴν θηρατικὴν ἄξιον ἐπαινεῖν, ὅτι τοῦ πεφυκότος ἐν ἡμῖν ἢ μεμαθηκότος χαίρειν μάχαις ἀνδρῶν πρὸς ἀλλήλους διὰ σιδήρου, τὸ πολὺ δεῦρο τρέψασα, καθαρὰν παρέχει θε-

C. 7. συνεαρίζων] Ita omnes libri: et præfero ſane conjecturæ Pierſoni ad Moer. p. 77. συνεαρίζων: utrique præferam Reiſkii συνωαρίζων.

excitet venandi ſtudioſos de noſtris adoleſcentes; ita ut reliqua omnia obiter tantum et tanquam nullius momenti agenda putent poſthac, et huic uni ſtudio ſe penitus addicant: quando ipſe etiam denuo, idque præter ætatem, animo ad eam rem factus commotior mihi videor, et cupere cum Phædra Euripidea

Canibus acclamare,
Diverſicolores inſectans cervas:

ita me exacuit oratio tam crebris et probabilibus uſa argumentationibus.

Soclarus. Vera dicis, O Autobule: videtur enim ille mihi artem dicendi longo poſt tempore reſuſcitaſſe in gratiam adoleſcentum, et cum iis quaſi vernæ delectationi indulſiſſe. Maxime autem me affecit commemoratio gladiatorum: cum oſtenderet haud exiguam laudem deberi venationi, quæ vim animi noſtri eam quæ pugnis et ferro inter ſe commiſſis hominum certaminibus gaudet (ſive natura eam ſive diſciplina indidit) majori ex parte ad ſe trahens, purum

D ἂν, ἅμα τέχνης καὶ τόλμης νοῦν ἐχούσης πρὸς ἀνόητον ἰσχὺν καὶ βίαν ἀντιταττομένης, καὶ ἐπαινούσης τὸ Εὐριπίδειον,

Ἦ βραχύ τοι σθένος ἀνέρος·
Ἀλλὰ ποικιλίαις πραπίδων
Δαμᾷ φῦλα πόντου
Χθονίων τ᾽ ἀερίων τε παιδεύματα.

β΄. Αυτοβουλος. Καὶ μὴν ἐκεῖθεν, ὦ φίλε Σώκλαρε, φασὶν ἥκειν ἐπ᾽ ἀνθρώπους τὴν ἀπάθειαν καὶ τὴν ἀγριότητα γευσαμένην φόνου, καὶ προεθισθεῖσαν ἐν ταῖς ἄγραις καὶ τοῖς κυνηγεσίοις, αἷμα καὶ τραύματα ζώων μὴ δυσχεραίνειν, ἀλλὰ χαίρειν σφαττομένοις καὶ ἀπο-
E θνήσκουσιν. Εἶθ᾽ ὥσπερ ἐν Ἀθήναις πρῶτός τις ὑπὸ τῶν Τριάκοντα συκοφάντης ἀποθανὼν ἐπιτήδειος ἐλέχθη, καὶ δεύτερος ὁμοίως καὶ τρίτος, ἐκ τούτου δὲ κατὰ μικρὸν ἤδη προϊόντες, ἥπτοντο τῶν ἐπιεικῶν, καὶ τέλος οὐδὲ

D. 4. Ἦ βραχύ—παιδεύματα] Poteram hos versus emendatiores exhibere, secundum Valckenarium Diatr. p. 146. Sed servanda erant vulgatæ vestigia: itaque Grotii distributionem secutus sum, unde ἀερίων dedi pro vulgato ἐανά. Vide supra p. 98. D.

E. 4. προϊόντες] Sic E. Mez. et verterunt Amiot. et Xyl. Vulgo, πραΐοντες.

præbet spectaculum artis audaciæque cum prudentia conjunctæ, quæ robori mentis experti opponatur: collaudetque illud Euripideum,

Vires exiguæ sunt mortalium.
Sed calliditate multiplici
Belluas maris, et terrestria,
Et sub cælo volitantia
Omnia homo domat.

II. Autobulus. Enimvero, mi Soclare, inde ferunt inhumanitatem et sævitiam ad homines venisse, cum ii se adsuefecissent, semel gustu cædium percepto in venationibus, ad sanguinem et vulnera animantium æquo animo ferenda, gaudendumque iis trucidandis. Deinde, sicut Athenis primum aliquis sycophanta a triginta tyrannis necatus, dignus supplicio fuit existimatus, itemque secundus ac tertius: paulatim deinde ii progressi, etiam probos arripuerunt, et ad extremum ne

τῶν ἀρίστων ἀπέχοντο πολιτῶν· οὕτως ὁ πρῶτος ἄρκτον ἀνελὼν ἢ λύκον, εὐδοκίμησε· καὶ βοῦς τις, ἢ σῦς, αἰτίαν ἔσχε προκειμένων ἱερῶν γευσάμενος, ἐπιτήδειος ἀποθανεῖν· ἔλαφοι δὲ τοὐντεῦθεν ἤδη καὶ λαγωοὶ καὶ δόρκες ἐσθιόμενοι, προβάτων, καὶ κυνῶν ἐνιαχοῦ καὶ ἵππων, κρέα προὐξένησαν· τιθασὸν δὲ χῆνα καὶ

—— περιστερὰν ἐφέστιον οἰκέτιν

τε Σοφοκλῆς, οὐχ ὡς γαλαῖ καὶ αἴλουροι τροφῆς ἕνεκα διὰ λιμὸν, ἀλλ᾽ ἐφ᾽ ἡδονῇ καὶ ὄψῳ διασπαρῶντες καὶ κατακόπτοντες ὅσον ἐστὶ τῇ φύσει φονικὸν καὶ θηριῶδες, ἐπέρρωσαν, καὶ πρὸς οἶκτον ἀκαμπὲς ἀπειργάσαντο, τοῦ δὲ ἡμέρου τὸ πλεῖστον ἀπημβλύναν. Ὥσπερ αὖ πάλιν οἱ Πυθαγορικοὶ τὴν πρὸς τὰ θηρία πρᾳότητα μελέτην ἐποιήσαντο

E. 7. ἐπιτήδειος ἀποθανεῖν] Legendum, vel, ἐπιτήδειος εἶναι ἀποθανεῖν: vel ἐπιτηδείως ἀποθανεῖν: utroque modo, nectendum cum superiore αἰτίαν ἔσχε.

F. 1. οἰκέτιν] Sic Steph. At οἰκέτην omnes libri et editi ante eum, et scripti excepto Veneto, unde nil enotatum varietatis.

F. 2. τε Σοφοκλῆς] Sic Steph. addit: a quo non dissentiunt Excerpta codicum nostrorum B. E. Harl. Venet. Absunt ab Ald. Bas. Xyl. Amiot. Forte corrigendum, τὸ τοῦ Σοφοκλέους—.

ab optimis quidem civibus abstinuerunt injuriam: ita qui primus interfecit ursum aut lupum, laudem invenit: deinde bos aut sus, quod proposita sibi sacra gustasset, caussam suæ necis præbuit: hinc jam cervi, lepores, capreæ esui haberi ceperunt, fecerumtque ut oves etiam, et canes adeo alicubi, equique comederentur: denique cicurem anserem, et

Columbam, contubernalem famulam,

ut eam Sophocles appellat, non alimenti caussa et famis sedandæ sicut feles aut æluri, sed voluptati obsonantes cum dilaniarent, quidquid in natura est truculentum et efferum, roboraverunt, et rigidum atque ad misericordiam non flexile reddiderunt: humanitatem autem maxima e parte hebetaverunt. Contra Pythagorei, ut homines ad miserationem et humanitatem condocefacerent, mansuetudi-

πρὸς τὸ φιλάνθρωπον καὶ φιλοικτίρμον. Ἡ γὰρ συνήθεια
960 δεινὴ τοῖς κατὰ μικρὸν ἐνοικειουμένη πάθεσι πόρρω προαγαγεῖν τὸν ἄνθρωπον. Ἀλλ' οὐκ οἶδ' ὅπως ἐν λόγοις γεγονότες, λελήθαμεν, εἴτε τῶν χθὲς ἡμῖν γεγονότων, εἴτε τῶν τάχα δὴ γενησομένων σήμερον ἀπηρτημένοι. Καὶ γὰρ ἐχθὲς, ὡς οἶσθα, μετέχειν ἁμωσγέπως πάντα τὰ ζῶα διανοίας καὶ λογισμοῦ, παρέχομεν οὐκ ἄμουσον οὐδ' ἄχαριν τοῖς θηρατικοῖς νεανίσκοις περὶ συνέσεως θηρίων ἐναλίων τε καὶ πεζῶν ἅμιλλαν, ἣν σήμερον, ὡς ἔοικε, βραβεύσομεν· ἄν γε δὴ ταῖς προκλήσεσιν οἱ περὶ Ἀριστότιμον
B καὶ Φαίδιμον ἐμμείνωσιν· ἐκείνων γὰρ ὁ μὲν, τῆς γῆς ὡς διαφέροντα τῷ φρονεῖν ζῶα γεννώσης, ἐπεδίδου τοῖς ἑταίροις συνήγορον ἑαυτὸν, ὁ δὲ, τῆς θαλάττης.

A. 1. ἐνοικειουμένη] Hæc est vetus lectio Ald. Bas. Xyl. E. P. Vulgo, ἐνοικειουμένως: a quo non dissentiunt B. Harl. Venet. et exstat apud Porphyr. De Abstin. III, 20. qui hinc ac deinceps Plutarchi locum, pauca ad suam ipse orationem mutans, refert a p. 959. F. φασὶν usque ad p. 963. F.

A. 4. ἀπηρτημένοι] ἀπηρτημένους legendum cum Reiskio.

A. 5. ἰχθὶς] Vel addendum ἀποφαινόμενοι, aut simile: vel legendum τοῖς ἰχθὶς, scilicet λόγοις.

A. 9. Ἀριστότιμον] Sic Ald. Bas. Xyl. E. Harl. P. Vulgo, Ἀριστόδημον.

nem erga bestias meditandam præceperunt. Magnam enim vim consuetudo habet, insinuans se per leves affectiones et paulatim, hominem longe producendi. Verum nescio quo modo in sermones imprudenter inciderimus ejusmodi qui nihil differant ab iis quos et heri habuimus, et hodie mox habebimus. Cum enim heri dixissemus, ut nosti, omnia quodammodo rationis participia esse animalia; venandi studiosis juvenibus non insciti neque invenusti certaminis materiam præbuimus de calliditate marinorum et terrestrium animalium: quod hodie, puto, nobis erit dijudicandum, si quidem pactis stare volent Aristotimus et Phædimus: quorum alter terram solertiora proferre animalia se demonstraturum sociis promisit, alter eam laudem se mari adserturum.

ΣΩΚΛΑΡΟΣ. Ἐμμένουσιν, ὦ Αὐτόβουλε, καὶ ὅσον οὔπω πάρεισι· συμπαρασκευαζομένους γὰρ αὐτοὺς ἕωθεν ἑώρων. Ἀλλά, εἰ βούλει, περὶ τοῦ ἀγῶνος ὅσα τοῖς ἐχθὲς λόγοις προσήκοντα, λεχθῆναι καιρὸν οὐκ ἔσχεν, ἢ σὺν οἴνῳ καὶ παρὰ πότον οὐ μετὰ σπουδῆς ἐλέχθη, πρὸς αὐτοὺς ἀναλάβωμεν. Ἐδόκει γάρ τι πραγματικῶς οἷον ἀντηχεῖν ἐκ τῆς Στοᾶς, « ὡς τῷ θνητῷ τὸ ἀθάνατον ἀντίκειται, καὶ τῷ « φθαρτῷ τὸ ἄφθαρτον, καὶ σώματί γε τὸ ἀσώματον, C « οὕτως ὑπάρχοντι τῷ λογικῷ χρῆναι τὸ ἄλογον ἀντικεῖσθαι καὶ ἀνθυπάρχειν, καὶ μὴ μόνην ἐν τοσαῖσδε « συζυγίαις, ἀτελῆ τήνδε λείπεσθαι καὶ πεπηρωμένην. »

γʹ. ΑΥΤΟΒΟΥΛΟΣ. Τίς δέ, ὦ φίλε Σώκλαρε, τοῦτο ἠξίωσεν, ὄντος ἐν τοῖς πράγμασι τοῦ λογικοῦ μὴ εἶναι τὸ ἄλογον; πολὺ γὰρ ἐστὶ καὶ ἄφθονον ἐν πᾶσι τοῖς ψυχῆς ἀμοιροῦσι, καὶ οὐδ' ἔτι ἑτέρας δεόμεθα πρὸς τὸ

B. 6. προσήκοντα, λεχθῆναι] Ita distinxi et omissa in Latinis supplevi. Vulgo, προσήκοντα λεχθῆναι.
C. 8. οὐδ' ἔτι] Porphyr. οὐδέν. Jun. οὐδέν τι.

SOCLARUS. Illi vero persistunt, O Autobule, in eo quod in se receperunt, ac statim aderunt; prima enim luce vidi eos se parare. Sed si placet, ante illud certamen, ea quæ heri, licet conjuncta cum disputationis argumento, tamen vel tempestive dici non potuerunt, vel inter pocula minus serio tractata sunt, jam inter nos repetamus. Videbatur enim quidpiam e Stoa quasi resonare et occlamari efficaciter, *Mortali ut opponitur immortale, et interitus capaci interitus expers, corpori incorporeum; ita, cum sit ratione præditum aliquid, debere etiam opponi brutum aliquid; ne de tot seriebus contrariorum inter se comparatorum hæc sola imperfecta maneat atque mutila.*

III. AUTOBULUS. Quis vero, mi Soclare, hoc postulavit, ut cum sit ratione præditum in rebus, negetur esse aliquid ratione carens? brutarum enim rerum abunde est in omnibus animæ expertibus, neque alia indigemus re, quam

λογικοῦ ἀντιθέσεως, ἀλλὰ πᾶν εὐθὺς τὸ ἄψυχον ὡς ἄλογον καὶ ἀνόητον ἀντίκειται τῷ μετὰ ψυχῆς λόγον ἔχοντι καὶ διάνοιαν. Εἰ δέ τις ἀξιοῖ μὴ κολοβὸν εἶναι τὴν φύσιν, ἀλ-
D λὰ τὴν ἔμψυχον φύσιν ἔχειν, τὸ μὲν, λογικὸν, τὸ δὲ, ἄλογον· ἕτερος ἀξιώσει τὴν ἔμψυχον φύσιν ἔχειν, τὸ μὲν, φανταστικὸν, τὸ δὲ, ἀφαντασίαστον, καὶ τὸ μὲν, αἰσθητικὸν, τὸ δὲ, ἀναίσθητον· ἵνα δὴ τὰς ἀντιζύγους ταύτας καὶ ἀντιθέτους ἕξεις καὶ στερήσεις περὶ ταυτὸν ἡ φύσις ἔχοι γένος οἷον ἰσοῤῥοπούσας. Εἰ δὲ ἄτοπος ὁ ζητῶν τοῦ ἐμψύχου τὸ μὲν, αἰσθητικὸν, τὸ δὲ, ἀναίσθητον εἶναι, καὶ τὸ μὲν, φανταστικὸν, τὸ δὲ, ἀφαντασίαστον, ὅτι πᾶν τὸ ἔμψυχον αἰσθητικὸν εὐθὺς εἶναι καὶ φανταστικὸν πέφυκεν· οὐδ' ὅπως ἐπιεικῶς ἀπαιτήσει τὸ μὲν λογικὸν εἶναι τοῦ ἐμψύχου, τὸ δὲ ἄλογον, πρὸς ἀνθρώπους διαλεγόμενος μηδὲν οἰομένους αἰσθήσεως μετέχειν, ὃ μὴ
E καὶ συνέσεως, μηδὲ εἶναι ζῷον ᾧ μὴ δόξα τις καὶ λογισμὸς,

D. 9. οὐδ' ὅπως] Legendum οὐδ' οὕτως ut monitum a Mez. et Reisk.
D. 10. ἄλογον, πρὸς] Inter has duas voces E. habet lacunam octo fere literarum. At ceteri omnes libri et Porphyr. cum vulgata consentiunt.

opponamus ratione præditæ; cum omne, quod anima caret ac mente, adversum ei collocare liceat quod cum anima rationem est nactum. Quod si quis postulet, ne Natura sit manca, debere animatorum alia rationem habere, alia esse bruta; invenietur qui eodem jure flagitet, animalium alia debere esse vi imaginandi prædita, alia ea carere; alia sensum habere, alia non habere: scilicet ut oppositas habitibus istis privationes æqualibus veluti momentis natura habeat. Quod si hæc postulare absurdum est, cum quodvis animal simul et sentiendi et imaginandi vim nanciscatur; ne hoc quidem recte postulabitur, esse animalium alia ratione prædita, alia bruta: idque ab iis hominibus qui nihil sentire putent, quod non etiam intelligat: neque animal censeant, cui non ut sensus et appetentia, ita etiam opinandi et ra-

ὥσπερ αἴσθησις καὶ ὁρμὴ κατὰ φύσιν πάρεστιν. Ἡ γὰρ φύσις ἣν ἕνεκά του καὶ πρός τι πάντα ποιεῖν, ὀρθῶς λέγουσιν, οὐκ ἐπὶ ψιλῷ τῷ πάσχοντι αἰσθάνεσθαι τὸ ζῷον αἰσθητικὸν ἐποίησεν· ἀλλ' ὄντων μὲν οἰκείων πρὸς αὐτὸ πολλῶν, ὄντων δὲ ἀλλοτρίων, οὐδὲ ἀκαρὲς ἦν περιεῖναι, μὴ μαθόντι τὰ μὲν φυλάττεσθαι, τοῖς δὲ συμφέρεσθαι. Τὴν μὲν οὖν γνῶσιν ἀμφοῖν ὁμοίως ἡ αἴσθησις ἑκάστῳ παρέχει· τὰς δὲ ἐπομένας F τῇ αἰσθήσει, τῶν μὲν ὠφελίμων λήψεις καὶ διώξεις, διακρούσεις δὲ καὶ φυγὰς τῶν ὀλεθρίων καὶ λυπηρῶν, οὐδεμία μηχανὴ παρεῖναι τοῖς μὴ λογίζεσθαί τι καὶ κρίνειν καὶ μνημονεύειν καὶ προσέχειν πεφυκόσιν· ἀλλ' ὧν ἂν ἀφέλῃς παντάπασι προσδοκίαν, μνήμην, πρόθεσιν, παρασκευὴν, τὸ ἐλπίζειν, τὸ δεδιέναι, τὸ ἐπιθυμεῖν, τὸ ἀσχάλλειν, οὔτε ὀμμάτων ὄφελος οὐδὲν αὐτοῖς παρόντων, οὔτε

E. 3. ἕνεκά του] Ita scribendum fuit et habent exempla Porphyr. Vulgo, ἕνεκα τοῦ.
E. 4. πάσχοντι] Aliud requiritur: vel cum Porphyr. πάσχειν καί: vel cum Mez. πάσχειν τι καί: vel cum Reisk. πάσχειν τι.
F. 4. παρεῖναι] Addidi ex Porphyr.
F. 5. ὧν ἂν ἀφέλῃς] ἂν additum ex B. et Porphyr.

tiocinandi vis insit. Etenim Natura, quam isti finis certi gratia omnia facere probe dicunt, non eo animal sentiens creavit, ut duntaxat afficeretur sentiendo. Sed, cum multa sint naturæ ejus convenientia, multa adversa; non poterat vel momentum temporis incolumitatem suam tueri, nisi quædam fugere, alia consectari nosset. Utrorumque porro cognitionem sensus unicuique animalium perinde præbet: quæ vero sequuntur sensum appetitiones et apprehensiones utilium, perniciosorumque et molestorum aversationes, nullo pacto cadere in ea queunt, quæ ratiocinari, judicare, meminisse, et animadvertere non possunt. Imo quibus exspectationem, memoriam, propositum, apparationem, spem, metum, cupiditatem, molestc ferre, ademeris: iis nullo usui erunt oculi, aures, omnes sensus, om-

ἄτων· αἰσθήσεώς τε πάσης καὶ φαντασίας, ὃ χρώμενον οὐκ ἐχούσης, ἀπηλλάχθαι βέλτιον ἢ πονεῖν καὶ λυπεῖσθαι καὶ
961 ἀλγεῖν, ᾧ διακρούσεται ταῦτα μὴ παρόντος. Καίτοι Στράτωνός γε τοῦ φυσικοῦ λόγος ἐστὶν, ἀποδεικνύων ὡς οὐδ' αἰσθάνεσθαι τοπαράπαν ἄνευ τοῦ νοεῖν ὑπάρχει· καὶ γὰρ γράμματα πολλάκις ἐπιπορευομένους τῇ ὄψει, καὶ λόγοι προσπίπτοντες τῇ ἀκοῇ διαλανθάνουσιν ἡμᾶς καὶ διαφεύγουσι πρὸς ἑτέροις τὸν νοῦν ἔχοντας· εἶτα αὖθις ἐπανῆλθε καὶ μεταθεῖ καὶ μεταδιώκει τῶν προειμένων ἕκαστον ἀναλεγόμενος. Ἧ καὶ λέλεκται,

Νοῦς ὁρῇ, καὶ νοῦς ἀκούει, τὰ δ' ἄλλα κωφὰ καὶ τυφλά·

ὡς τοῦ περὶ τὰ ὄμματα καὶ ὦτα πάθους, ἂν μὴ παρῇ τὸ
B φρονοῦν, αἴσθησιν οὐ ποιοῦντος. Διὸ καὶ Κλεομένης ὁ βασιλεὺς παρὰ πότον εὐδοκιμοῦντος ἀκροάματος, ἐρωτηθεὶς εἰ οὐ φαίνεται σπουδαῖον, ἐκέλευσεν, " ἐκείνους σκο-

A. 4. ἐπιπορευομένους] Sic et Porphyr. et omnes nostri libri Ald. Bas. Xyl. B. E. Harl. Venet. At Steph. nescio quare et unde, ἐπιπορευόμενα.
A. 9. τὰ δὲ ἄλλα] Mez. τ' ἄλλα, recte: ut exstat ap. Theodoret. De Cur. Gr. Aff. I. p. 478. D. T. IV. Opp. et monitum ab aliis.

nis imaginatio, cum non habeant qui utantur iis: præstatque iis carere, quam doloribus et molestia affici, cum non sit declinandi instrumentum. Stratonis etiam Physici exstat oratio, qua *fine intelligentia sentiri omnino nihil posse* demonstrat: nam sæpenumero dum scripturam aliquam oculis percurrimus, sermones adeo nobis ad aures accidunt, ita ut non animadvertantur, sed fallant et effugiant, animo nostro in aliud intento: deinde redit animus ac repetit et insequitur, quæ ante erant prætermissa: unde etiam dictum est,

Mens videt, mens audit, reliqua omnia cæca et surda:

scilicet quia affectio aurium, aut oculorum, sensum nullum adfert, intelligentia absente. Itaque Cleomenes rex cum in convivio laudaretur quoddam carmen, interrogatus an sibi videretur esse præclarum, *Vos,*

" πεῖν, αὐτὸν γὰρ ἐν Πελοποννήσῳ τὸν νοῦν ἔχειν." Ὅθεν
ἀνάγκη πᾶσιν οἷς τὸ αἰσθάνεσθαι, καὶ τὸ νοεῖν ὑπάρ-
χειν, εἰ τῷ νοεῖν αἰσθάνεσθαι πεφύκαμεν. Ἔστω δὲ μὴ
δεῖσθαι τοῦ νοῦ τὴν αἴσθησιν πρὸς τὸ αὑτῆς ἔργον, ἀλλ' ὅταν
γε τῷ ζῴῳ πρὸς τὸ οἰκεῖον καὶ τὸ ἀλλότριον ἡ αἴσθησις
ἐνεργασαμένη διαφορὰν ἀπέλθῃ, τί τὸ μνημονεῦόν ἐστιν
ἤδη, καὶ δεδιὸς τὰ λυποῦντα, καὶ ποθοῦν τὰ ὠφέλιμα, καὶ
μὴ παρόντων, ὅπως παρέσται μηχανώμενον ἐν αὐτοῖς, καὶ
παρασκευαζόμενον ὁρμητήρια καὶ καταφυγὰς, καὶ θήρατρα C
πάλιν αὖ τοῖς ἁλωσομένοις, καὶ ἀποδράσεις τῶν ἐπιτι-
θεμένων; Καίτοιγε κἀκεῖνοι λέγοντες ἀποκναίουσιν, ἐν
ταῖς εἰσαγωγαῖς ἑκάστοτε τὴν πρόθεσιν ὁριζόμενοι σημείωσιν
ἐπιτελειώσεως, τὴν δ' ἐπιβολὴν ὁρμὴν πρὸ ὁρμῆς, πα-
ρασκευὴν δὲ πρᾶξιν πρὸ πράξεως, μνήμην δὲ κα-

C. 3. Καίτοιγε] Sic Leonic. Schott. Anon. T. V. B. Vulgo, Καὶ ταυτί γε. Porphyr. ἢ ταυτί γε.

C. 5. ἐπιτελειώσεως] Sic B. E. Porphyr. Vulgo, ἐπὶ τελειώσεως.

aiebat, *videritis isthuc, mihi animus erat in Peloponneso.* Proinde si natura ita est comparatum, ut intelligendo sentiamus; necesse est, omnia quæ sentiunt, intelligere. Atque etiam, ut demus hoc, sensum ad suum munus perficiendum intelligentia opus non habere; ubi præterierit sentiendi actio postea quam animal ita movit, ut ejus aliquid intersit inter res vel congruentes cum natura ipsius vel ab ea alienas; quid porro est quod memoria id retineat, quod metuat ei a nocituris, desideret profutura, consectetur que ea, siquidem absint, iisque paret receptacula, suffugia, tum eorum quæ capi possint indagines moliatur, et declinationes insidiantium? Atqui in Introductionibus quas vocant suis illi ad fatietatem usque inculcant subinde, *propositum* esse indicationem perfectionis, definientes: *aggressionem*, impetum ante impetum: *apparatum*, actionem quæ actioni antecedat: *memoriam*, comprehensionem

τάληψιν ἀξιώματος παρεληλυθότος οὗ τὸ παρὸν ἐξ
αἰσθήσεως κατελήφθη· τούτων γὰρ οὐδὲν ὅ, τι μὴ λογικόν
ἐστι, καὶ πάντα τοῖς ζώοις ὑπάρχει πᾶσιν· ὥσπερ ἀμέ-
D λει καὶ τὰ περὶ τὰς νοήσεις, ἃς ἐναποκειμένας μὲν ἐν-
νοίας καλοῦσιν, κινουμένας δὲ διανοήσεις. Τὰ δὲ πάθη
σύμπαντα κοινῶς κρίσεις φαύλας καὶ δόξας ὁμολογοῦντες
εἶναι, θαυμαστὸν ὅτι δὴ παρορῶσιν ἐν τοῖς θηρίοις ἔργα
καὶ κινήματα, πολλὰ μὲν θυμῶν, πολλὰ δὲ φόβων, καὶ
ναὶ μὰ Δία φθόνων καὶ ζηλοτυπιῶν· αὐτοὶ δὲ καὶ κύνας
ἁμαρτάνοντας καὶ ἵππους κολάζουσιν, οὐ διακενῆς, ἀλλ᾽
ἐπὶ σωφρονισμῷ, λύπην δι᾽ ἀλγηδόνος ἐμποιοῦντες αὐ-
τοῖς, ἣν μετάνοιαν ὀνομάζομεν. Ἡδονῆς δὲ τῇ μὲν δι᾽
ὤτων ὄνομα κήλησίς ἐστι, τῇ δὲ δι᾽ ὀμμάτων γοητεία·
E χρῶνται δὲ ἑκατέραις ἐπὶ τὰ θηρία· κηλοῦνται μὲν ἔλαφοι
καὶ ἵπποι σύριγξι καὶ αὐλοῖς, καὶ τοὺς παγούρους ἐκ τῶν

D. 6. φθόνων καὶ ζηλοτυπιῶν] Sic Porphyr. Vulgo, φθόνου καὶ ζηλοτυπίαν. Harl. φθόνων καὶ ζηλοτυπία;. B. φθόνους καὶ ζηλοτυπίας: quibus vestigia servantur receptæ a nobis lectionis.

D. 9. τῇ μὲν—τῇ δὲ] Recepi ab Harl. Vulgo, τὸ μὲν—τὸ δέ.

præteriti alicujus pronunciati, quod præsens sensu fuerit conceptum. Hæc vero omnia cum intelligentia sunt conjuncta, omniaque omnibus conveniunt animalibus: sicut nimirum etiam notiones, quas, intus repositæ dum sunt, *notitias*, ubi in motu sunt, *intelligentias* vocant. Jam cum fateantur animi perturbationes omnino omnes esse falsas opiniones et prava judicia; mirari subit, ab iis præteriri animalium acta et motus, iræ, metus, invidiæ, adeoque odia etiam atque obtrectationes: quid, quod canes ipsi equosque peccantes plectunt? non quidem frustra, sed castigandi gratia, dolore iis ægritudinem inserentes, quam *pœnitentiam* vocant. Porro voluptas quæ auribus percipitur, delectatio est seu pellacia: quæ oculis, præstigiæ: utroque interim genere adversum animalia utuntur. Illiciuntur enim ac deliniuntur cervi et equi fistulis atque tibiis: et paguros

χρεμμῶν ἀνακαλοῦνται βιαζόμενοι ταῖς φώτιγξι, καὶ τὴν θρίσσαν ᾀδόντων καὶ κροτούντων ἀναδύεσθαι καὶ προϊέναι λέγουσιν· ὁ δὲ ὦτος αὖ πάλιν ἁλίσκεται γοητευόμενος, ὀρχουμένων ἐν ὄψει μεθ᾽ ἡδονῆς ἅμα ῥυθμῷ γλιχόμενος τοὺς ὤμους εὖ διαφέρειν. Οἱ δὲ περὶ τούτων ἀβελτέρως λέγοντες, μήτε ἥδεσθαι, μήτε θυμοῦσθαι, μήτε φοβεῖσθαι, μήτε παρασκευάζεσθαι τὴν ἀηδόνα, μήτε μνημονεύειν τὴν μέλιτταν, καὶ ὡσανεὶ θυμοῦσθαι τὸν λέοντα, καὶ ὡσανεὶ φοβεῖσθαι τὴν ἔλαφον, οὐκ οἶδα τί χρήσονται τοῖς λέ- F
γουσι μηδὲ βλέπειν μηδὲ ἀκούειν, ἀλλ᾽ ὡσανεὶ βλέπειν αὐτά, καὶ ὡσανεὶ ἀκούειν· μηδὲ φωνεῖν, ἀλλ᾽ ὡσανεὶ φωνεῖν· μηδὲ ὅλως ζῆν, ἀλλ᾽ ὡσανεὶ ζῆν· ταῦτα γὰρ οὐ μᾶλλον ἐκείνων ἐστὶ λεγόμενα παρὰ τὴν ἐνάργειαν, ὡς ἐγὼ πείθομαι.

E. 9. παρασκευάζεσθαι—θυμοῦσθαι] Locus ad ſenſum, ut videtur, integer, ſed inſigni vexatus varietate lectionis. Porphyr.—παρασκευάζεσθαι μήτε μνημονεύειν, ἀλλ᾽ ὡσανεὶ μνημονεύειν τὴν μέλιτταν καὶ ὡσανεὶ παρασκευάζεσθαι την χελιδόνα, καὶ ὡσανεὶ θυμοῦσθαι. Harl. παρασκευάζεσθαι, μήτε μνημονεύειν ἀλλ᾽ ὡσανεὶ μνημονεύειν τὴν μέλιτταν, καὶ ὡσανεὶ παρασκευάζεσθαι τὴν χελιδόνα, καὶ ὡσανεὶ θυμοῦσθαι. B. παρασκευάζεσθαι, μήτε μνημονεύειν τὴν μέλιτταν, καὶ ὡσανεὶ παρασκευάζεσθαι τὴν χελιδόνα, καὶ ὡσανεὶ θυμοῦσθαι—: et ſic item habent, niſi quod τὴν ἀηδόνα etiam ſervant, Venet. Pol. Jannot.

vi e ſaxorum cavernis eliciunt lotinæ fiſtulæ cantu: ac thriſſam (ſive hæc aloſa eſt) cantando plaudendoque protrahi aiunt. Rurſum præſtigiis otus capitur, videns ſaltantes coram homines in numerum, et ipſe geſtiens ſuas ſcapulas belle jactare. Ceterum qui etiam ſtolidius his de rebus loquentes, neque delectari neque iraſci, neque metuere animalia aiunt: neque parare ſe luſciniam, neque recordari apem, ſed *veluti iraſci* leonem, et *veluti metuere ſibi* cervum: neſcio quid reſponſuri ſint iis, qui animalia etiam non videre, non audire, non vocem emittere, ſed veluti videre, veluti audire, veluti vocem edere, denique omnino non vivere, ſed duntaxat veluti vivere dicerent: nam, ut ego ſentio, hæc non magis evidentiæ quam iſta repugnant.

δ΄. ΣΩΚΛΑΡΟΣ. Κἀμὲ τοίνυν, ὦ Αὐτόβουλε, ταῦτά γε τίθει πειθόμενον· ὅταν δὲ τοῖς ἀνθρωπίνοις ἤθεσι καὶ
962 βίοις καὶ πράξεσι, καὶ διαίταις τὰ τῶν ζώων παρατιθεὶς, ἄλλην τε πολλὴν ἐνορῶ φλαυρότητα, καὶ τῆς ἀρετῆς, πρὸς ἣν ὁ λόγος γέγονε, μηδένα ἐμφαινόμενον στοχασμὸν αὐτῶν μηδὲ προκοπὴν μηδὲ ὄρεξιν, ἀπορῶ πῶς ἡ φύσις ἔδωκε τὴν ἀρχὴν αὐτοῖς, ἐπὶ τὸ τέλος ἐξικέσθαι μὴ δυναμένοις.

ΑΥΤΟΒΟΥΛΟΣ. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐδὲ αὐτοῖς ἐκείνοις, ὦ Σώκλαρε, τοῖς ἀνδράσιν ἄτοπον εἶναι δοκεῖ· τὴν γοῦν πρὸς τὰ ἔκγονα φιλοστοργίαν, ἀρχὴν μὲν ἡμῖν κοινωνίας καὶ δικαιοσύνης τιθέμενοι, πολλὴν δὲ τοῖς ζώοις καὶ ἰσχυρὰν ὁρῶντες παροῦσαν, οὔ φασιν αὐτοῖς οὐδὲ ἀξιοῦσι
B μετεῖναι δικαιοσύνης· ἡμιόνοις δὲ τῶν γεννητικῶν μορίων οὐδὲν ἐνδεῖ, καὶ γὰρ αἰδοῖα καὶ μήτρας καὶ τὸ χρῆσθαι μεθ᾽

F. 8. ὅταν δὲ—αὐτῶν] Hæc correcta exhibemus partim ex Porphyrio, partim e codicibus scriptis: ὅταν est ex Porph. παρατιθεὶς ex eodem et Harl. ἐνορῶ ex Porph. ἐμφαινόμενον ex B. Vulgo, τὸ δὲ τοῖς ἀνθρωπίνοις ἤ. κ. β. κ. π. κ. δ. τ. τ. ζ. παρατιθέναι, ἄλλην τε πολλὴν ἐν ὅλῳ φλαυρότητα, κ. τ. ἀ. π. ἣν ὁ λ. γ. μηδένα ἐμφαινομένων στοχασμὸν αὐτῶν—.

IV. SOCLARUS. Me itaque, Autobule, hæc ita sentientem pone. At quando humanis moribus, vitis, studiis, vivendi rationibus bruta comparans, cum aliam multam in brutis negligentiam ac temeritatem animadverto, tum nullam significationem appetentiæ ac progressionis ad virtutem ad quam adipiscendam ipsa ratio spectat: hæc igitur animadvertens, dubito an natura illis dederit principium, id est rationem, quum ad finem, id est virtutem, pervenire nequeant.

AUTOBULUS. Enimvero, mi Soclare, hoc illi pro absurdo non habent. Nam cum id statuant, dilectionem prolis nostram, principium societatis humanæ et justitiæ esse: reliquis animalibus, in quibus esse vehementem eam adfectionem vident, nihilominus pernegant justitiæ quicquam inesse: et mulis nulla ad procreationem facientia desunt membra, cum genitalia ute-

ἡδονῆς τούτοις ἔχουσι, πρὸς τὸ τέλος οὐκ ἐξικνοῦνται τῆς γενέσεως. Σκόπει δὲ ἄλλως μὴ καταγέλαστον ᾖ τοὺς Σωκράτεις καὶ τοὺς Πλάτωνας οὐδὲν ἐλαφροτέρᾳ κακίᾳ τοῦ τυχόντος ἀνδραπόδου συνεῖναι φάσκοντας, ἀλλ' ὁμοίως ἄφρονας εἶναι καὶ ἀκολάστους καὶ ἀδίκους, εἶτα τῶν θηρίων αἰτιᾶσθαι τὸ μὴ καθαρὸν μηδ' ἀπηκριβωμένον πρὸς ἀρετὴν, ὥσπερ οὐχὶ φαυλότητα λόγου καὶ ἀσθένειαν, καὶ ταύτην κακίαν ὁμολογοῦντας εἶναι λογικὴν, ἧς πᾶν θηρίον ἀναπέπλησται· καὶ γὰρ δειλίαν πολλοῖς καὶ c ἀκολασίαν, ἀδικίαν τε καὶ κακόνοιαν ὁρῶμεν ὑπάρχουσαν. Ὁ δὲ ἀξιῶν τὸ μὴ πεφυκὸς ὀρθότητα λόγου δέχεσθαι, μηδὲ λόγον δέχεσθαι φύσει, πρῶτον μὲν οὐδὲν διαφέρει τοῦ μήτε πίθηκον αἴσχους φύσει μετέχειν, μήτε χελώνην βραδυτῆτος, ἀξιοῦντος, ὅτι μηδὲ κάλλους ἐπιδεκτικὰ μη-

B. 5. Σωκράτεις] Ald. Bas. Steph. et duae priores Graeco-Lat. Σωκράτας. Ceteri libri, recte, ut edidimus.

B. 6. φάσκοντας] Non quidem, ut vitiosum, repudiandum: sed minus probandum quam φάσκειν.

C. 2. ὑπάρχουσαν] Mez. ἐνυπάρχουσαν.

rosque habeant, et in coïtu voluptatem etiam persentiant: neque tamen illi genus suum propagant. Sed et hoc consideres velim, an non ridiculi sint, qui Socratem et Platonem non in minore esse vitio pronunciantes quam quodvis mancipium ac tantundem stultos, intemperantes, injustos: porro animalium culpant naturam ut non satis puram, neque absolute ad virtutes elaboratam; quasi vero pravitas et imbecillitas rationis ab ipsis illis non ponatur inter vitia rationis, quibus plena sunt omnia animalia, quorum timiditas, intemperantia, injustitia, et malitia in sensus nostros plerunque incurrunt. Qui vero statuit, id, quod Natura non sit capax rectae rationis, ne rationis quidem esse capax Natura; is primum perinde facit, ac si simiae turpitudinem, testudini tarditatem neget a natura ingenitam, quia pulchritudinis illa, haec celeritatis non est capax. Deinde

δὲ ταχὺς ἐστίν· ἔπειτα τὴν διαφορὰν ἐμποδὼν οὖσαν οὐ συνορᾷ· λόγος μὲν γὰρ ἐγγίνεται φύσει, σπουδαῖος δὲ λόγος καὶ τέλειος, ἐξ ἐπιμελείας καὶ διδασκαλίας. διὸ τοῦ λογικοῦ πᾶσι τοῖς ἐμψύχοις μέτεστιν· ἣν δὲ ζητοῦσιν ὀρ-
D θότητα καὶ σοφίαν, οὐδὲ ἄνθρωπον εἰπεῖν κεκτημένον ἔχουσιν. Ὥσπερ δὲ ὄψεώς ἐστι πρὸς ὄψιν διαφορὰ, καὶ πτήσεως πρὸς πτῆσιν, (οὐ γὰρ ὁμοίως ἱέρακες βλέπουσι καὶ τέττιγες, οὐδὲ ἀετοὶ πέτανται καὶ πέρδικες) οὕτως οὐδὲ παντὶ λογικῷ μέτεστιν ὡσαύτως τῆς εὐεργμένης τὸ ἄκρον εὐστροφίας καὶ ὀξύτητος· ἐπεὶ δείγματά γε πολλὰ κοινωνίας καὶ ἀνδρείας καὶ τοῦ πανούργου περὶ τοὺς πορισμοὺς καὶ τὰς οἰκονομίας, ὥσπερ αὖ καὶ τῶν ἐναντίων, ἀδικίας, δειλίας, ἀβελτηρίας ἔνεστιν αὐτοῖς. Καὶ μαρτυρεῖ τὸ νυνὶ πεποιηκὸς ἐν
E τοῖς νεανίσκοις τὴν ἅμιλλαν· ὡς γὰρ οὔσης τινὸς διαφορᾶς, οἱ μὲν τὰ χερσαῖά φασιν, οἱ δὲ τὰ θαλάσσια, μᾶλλον

D. 2. Ὥσπερ δὲ ὄψεως] δὲ addidimus ex Pol. Jannot. minoris eſt auctoritatis, quamvis ipſum probum ad orationis bonitatem et lectionis veriſimilitudinem, ὡς γὰρ Mez.

diſcrimen in promtu ſitum non animadvertit: nam ratio Natura ineſt: perfecta ratio et virtute prædita, induſtriæ ac diſciplinæ debetur. Quo fit, ut quodvis animal rationis ſit particeps: quam autem iſti requirunt ejus rectitudinem ac ſapientiam, nullus eſt homo, in quo eam eſſe queant dicere. Verum ut viſus viſui, volatus volatui præſtat: (non enim accipiter et cicada æque vident, neque ita aquilæ volant ut perdices) ita etiam non omne rationis particeps perinde ſummam calliditatem atque celeritatem intelligendi nanciſcitur. Alioqui documenta in animalibus exſtant multa ſocietatis, fortitudinis, et in parandis rebus neceſſariis ac tutanda familia verſutiæ: ſicut et contra injuſtitiæ, timiditatis, fatuitatis. Atque hoc teſtatur cauſſa, quæ noſtris adoleſcentibus ſui certaminis exſtitit: quod, ut exſtante diſcrimine aliquo, alter terrena, alter aquatilia ani-

περιῆχθαι φύσει πρὸς ἀρετήν· ὃ δὴ καὶ δῆλόν ἐστι, παρα-
βαλλομένων πελαργοῖς ἵππων ποταμίων· οἱ μὲν γὰρ τρέ-
φουσι τοὺς πατέρας, οἱ δὲ ἀποκτεννύουσιν, ἵνα τὰς μητέ-
ρας ὀχεύωσι· καὶ περιστερὰς περδίκων· οἱ μὲν γὰρ ἀφα-
νίζουσι τὰ ὠὰ καὶ διαφθείρουσι τὰς θηλείας, ὅταν ἐπωά-
ζωσιν, οὐ προσδεχομένας τὴν ὀχείαν, οἱ δὲ καὶ διαδέχονται
τὴν ἐπιμέλειαν, ἐν μέρει θάλποντες τὰ ὠά, καὶ ψωμίζουσι
πρότεροι τὰ νεοττία, καὶ τὴν θήλειαν, ἐὰν πλείονα χρό- F
νον ἀποπλανηθῇ, κόπτων ὁ ἄῤῥην, εἰσελαύνει πρὸς τὰ
ὠὰ καὶ τοὺς νεοττούς. Ὄνοις δὲ καὶ προβάτοις Ἀντίπα-
τρος ἐγκαλῶν ὀλιγωρίαν καθαριότητος, οὐκ οἶδα πῶς
παρῆλθε τὰς λύγκας καὶ τὰς χελιδόνας, ὧν αἱ μὲν
ἐκτοπίζουσι παντάπασι κρύπτουσαι καὶ ἀφανίζουσαι τὸ
λυγγούριον, αἱ δὲ χελιδόνες ἔξω στρεφομένους διδάσκουσι
τοὺς νεοττοὺς ἀφιέναι τὸ περίττωμα. Καίτοι διὰ τί
δένδρον δένδρου οὐ λέγομεν ἀμαθέστερον, ὡς κυνὸς πρό-
βατον; οὐδὲ λαχάνου λάχανον ἀνανδρότερον, ὡς ἔλαφον

malia contenderet a Natura plus ad virtutem adjumenti accepisse. Quod sane liquet, si cum ciconiis compares fluviales equos; illæ enim patres suos alunt, hi, ut cum matribus coïre possint, eos necant: item columbas cum perdicibus; nam alterius generis mares ova perdunt, fœmellasque corrumpunt, non admittentes marem dum incubant, alteri partem curæ in se recipiunt fovendis ovis, primique pullos cibant, et fœmellam, si diutius evagetur, mas rostro tundens ad ova et pullos compellit. Antipater vero ovibus et asinis neglectionem munditiæ exprobrans, nescio cur lynces præterierit et hirundines; nam lynces lyncurium suum plane e medio removent occultantque, hirundines pullos suos docent foras aversos excernere. Et vero quid caussæ est, cur arborem arbore non dicamus minus docilem, ut ovem cane? aut olus olere timidius, ut cervum leone? nimirum,

963 λέοντος; ἢ καθάπερ ἐν τοῖς ἀκινήτοις ἕτερον ἑτέρου βραδύτερον οὐκ ἔστιν, οὐδὲ μικροφωνότερον ἐν τοῖς ἀναύδοις, οὕτως οὐδὲ δειλότερον, οὐδὲ νωθρότερον, οὐδὲ ἀκρατέστερον, οἷς μὴ φύσει πᾶσιν ἡ τοῦ φρονεῖν δύναμις, ἄλλοις δὲ ἄλλως κατὰ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον παροῦσα, τὰς ὁρωμένας διαφορὰς πεποίηκεν.

έ. ΣΩΚΛΑΡΟΣ. Ἀλλὰ θαυμαστὸν ὅσον ἄνθρωπος εὐμαθείᾳ καὶ ἀγχινοίᾳ καὶ τοῖς περὶ δικαιοσύνην καὶ κοινωνίαν διαφέρει τῶν ζώων.

ΑΥΤΟΒΟΥΛΟΣ. Καὶ γὰρ ἐκείνων, ὦ ἑταῖρε, πολλὰ τοῦτο μὲν μεγέθει καὶ ποδωκείᾳ, τοῦτο δὲ ὄψεως ῥώμῃ καὶ ἀκοῆς ἀκριβείᾳ πάντας ἀνθρώπους ἀπολέλοιπεν· ἀλλ᾽ οὐ διὰ τοῦτο
B τυφλὸς, οὐδὲ ἀδύνατος, οὐδὲ ἄωτος ὁ ἄνθρωπός ἐστιν· ἀλλὰ καὶ

A. 3. δειλότερον] Sic Porph. et conjectura ita vertit Xyl. Vulgo, δεινότερον.

A. 7. εὐμαθείᾳ] Sic Porphyr. Vulgo, et omnes libri, εὐηθείᾳ.

A. 11. —ποδωκείᾳ—ἀκριβείᾳ] Malim, ποδωκείᾳ καὶ ῥώμῃ, τοῦτο δὲ ὄψεως καὶ ἀκοῆς ἀκριβείᾳ.

B. 1. ἀδύνατος—ἰσχύος τε] Porphyr.—ἀδύνατος ὁ ἄνθρωπός ἐστιν· ἀλλὰ καὶ θέομεν, εἰ καὶ βραδύτερον ἐλάφων· καὶ βλέπομεν, εἰ καὶ χεῖρον ἱεράκων· ἰσχύος τε— Reliquiæ hujus lectionis ſunt in Harl. χεῖρον ἱεράκων pro χειρῶν καὶ ὀμμάτων. Dubium, quæ ſit verior totius loci ſcriptura: hoc non dubium, quin, vel retenta vulgata, ὀμμάτων mutandum ſit in σωμάτων.

quod ſicut de immobilibus aliud alio tardius, aut de mutis aliud alio minus vocale non habetur: ita timidius, ſegnius, intemperantius aliud alio non reputatur, ubi intelligendi vim Natura non eſt largita, quæ in aliis aliter, ac vel magis vel minus inſita, diſcrimina fecit ea quæ cernimus.

V. Soclarus. Sed mirum dictu eſt quantum homo prudentia, ſolertia, juſtitia et ſocietatis procuratione reliquis præſtet animalibus.

Autobulus. Atqui amice, etiam hæc magnitudine, pedum celeritate, acumine viſus, auditus ſubtilitate, aliis alia, homines univerſos longe ſuperant. Neque tamen propterea homo eſt cæcus, viribus, auribus carens: neque manuum et corporum, vi et

χειρῶν καὶ ὀμμάτων ἰσχύος τε καὶ μεγέθους ἡ φύσις ἡμᾶς οὐκ ἀπεστέρησεν, καίτοι τὸ μηδὲν ἐν τούτοις πρὸς ἐλέφαντας καὶ καμήλους ὄντας. Οὐκοῦν ὁμοίως μηδὲ τὰ θηρία λέγωμεν, εἰ νωθέστερον φρονεῖ καὶ κάκιον διανοεῖται, μὴ διανοεῖσθαι μηδὲ φρονεῖν ὅλως, μηδὲ κεκτῆσθαι λόγον, ἀσθενῆ δὲ καὶ θολερὸν κεκτῆσθαι, ὥσπερ ὀφθαλμὸν ἀμβλυώττοντα καὶ τεταραγμένον. Εἰ δὲ μὴ πολλὰ τοὺς νεανίσκους αὐτίκα δὴ μάλα προσεδόκων, τὸν μὲν ἐκ γῆς, τὸν δὲ ἐκ θαλάττης ἐνταῦθα συνερανίσειν, φιλολόγους καὶ φιλογραμμάτους ὄντας, οὐκ ἂν ἀπεσχόμην σοῦ μυρία μὲν εὐμαθείας, μυρία δὲ εὐφυΐας παραδείγ- C
ματα θηρίων διηγούμενος, ὧν ἅμαις καὶ σκάφαις ἡμῖν ἐκ τῶν βασιλικῶν ἀρύσασθαι θεάτρων ἡ καλὴ Ῥώμη παρέσχηκε. Ταῦτα μὲν οὖν ἐκείνοις νεαρὰ καὶ ἄθικτα πρὸς τὸν λόγον ἐγκαλλωπίσασθαι καταλείπωμεν· βούλομαι δὲ μικρόν τι μετὰ σοῦ σκέψασθαι καθ'

C. 1. μυρία δὲ εὐφυΐας] δὲ recepimus ex Baſ. Xyl. Venet. Harl. Mez.

magnitudine, nos Natura privavit; etſi nihil hic ſumus cum elephanto aut camelo comparati. Proinde etiam animalia cetera, quia tardius intelligunt, minuſque recte ratiocinantur quam homo, non dicemus omni ratione atque intelligentia carere: ſed eam poſſidere imbecillam atque turbidam, ſicut oculum luſcioſum et diſtortum. Ac niſi adoleſcentes noſtros jam nunc ſperarem, qua ſunt eruditione et in humanioribus ſtudiis diligentia, plurima terreſtrium unum, alterum marinorum exempla conducta in medium prolaturos; non abſtinuiſſem ſexcentis docilitatis, ſexcentis naturæ bonitatis ſpeciminibus recenſendis: quorum nobis copiam e theatris imperatoriis affatim hauriendam pulchra Roma præbuit. Sed hæc nos illis integra atque intacta relinquamus, quibus ſuam exornent diſputationem. Interim tecum quidpiam volo per otium conſide-

ἄνοιαν. Οἶμαι γὰρ ἰδίαν τινὰ μέρους ἑκάστου καὶ δυνάμεως φαυλότητα καὶ πήρωσιν εἶναι καὶ νόσον, ὥσπερ ὀφθαλμοῦ τυφλότητα, καὶ σκέλους χωλότητα, καὶ ψελλότητα γλώσσης, ἄλλου δὲ μηδενός· οὐ γὰρ ἔστι τυφλότης μὴ πεφυκότος ὁρᾶν, οὐδὲ χωλότης μὴ πεφυκότος βαδίζειν, ψελλόν τε τῶν ἀγλώσσων, ἢ τῶν ἀναύδων φύσει τραυλὸν οὐδὲν ἂν προσείποις· οὕτω οὐδὲ παράκοπον, ἢ παραφρονοῦν, ἢ μαινόμενον, ᾧ μὴ τὸ φρονεῖν, ἢ λογίζεσθαι

D καὶ διανοεῖσθαι κατὰ φύσιν ὑπῆρχεν· οὐ γὰρ ἔστιν ἀπαθῆ γενέσθαι, μὴ κεκτημένον δύναμιν, ἧς τὸ πάθος, ἢ στέρησις ἢ πήρωσις, ἤ τις ἄλλη κάκωσις ἦν. Ἀλλὰ μὴν ἐντετύχηκάς γε λυττώσαις κυσίν, ἐγὼ δὲ καὶ ἵπποις· ἔνιοι δὲ φασι καὶ βοῦς μαίνεσθαι καὶ ἀλώπεκας· ἀρκεῖ δὲ τὸ τῶν κυνῶν, ὃ ἀναμφισβήτητόν ἐστιν, καὶ μαρτυρεῖ λόγον ἔχειν καὶ διάνοιαν οὐ φαύλην τὸ ζῷον,

C. 13. οὐδὲν ἂν] Sic B. E. Ald. Bas. Xyl. Vulgo, οὐδὲν ἄν.

rare. Arbitror ego peculiarem cuique parti aut facultati ſuam eſſe mutilationem, ſuam depravationem, ſuum morbum, quæ in aliud nihil cadant: quomodo viſui cæcitas, pedi claudicatio, linguæ balbuties ſoli accidit: non enim cæcum dicitur id quod Natura ad videndum non fuerat comparatum: aut claudum, cui eadem gradiendi omnem negaverat facultatem: neque balbum aut blæſum habetur quod ſuapte natura linguæ eſt vociſque expers. Ergo delirare etiam, deſipere aut inſanire non cenſebimus id, cujus naturæ ſapere, intelligere, ratiocinari non eſt accommodatum. Affici quippe non poteſt, quod nulla eſt facultate præditum, cui affectio aliqua, aut privatio aut mutilatio, aut læſio accidere queat. Nimirum vero rabidos vidiſti canes aliquando: ipſe etiam equos vidi rabidos: et ſunt qui boves quoque furere, et vulpes dicant. Sed nobis ſufficit canum exemplum controverſia carens: quod teſtatur animal

ἧς ταραττομένης καὶ συγχεομένης ἡ λεγομένη λύττα καὶ μανία πάθος ἐστίν· οὔτε γὰρ ὄψιν ἀλλοιουμένην αὐτῶν, οὔτε E ἀκοὴν ὁρῶμεν, ἀλλὰ ὥσπερ ἀνθρώπου μελαγχολῶντος ἢ παρακόπτοντος, ὁ μὴ λέγων ἐξεστάναι καὶ διεφθορέναι τὸ φρονοῦν καὶ λογιζόμενον καὶ μνημονεῦον, ἄτοπός ἐστι· καὶ γὰρ ἡ συνήθεια ταῦτά γε κατηγορεῖ τῶν παραφρονούντων μὴ εἶναι παρ' αὐτοῖς, ἀλλ' ἐκπεπτωκέναι τῶν λογισμῶν· οὕτως ὁ τοὺς λυττῶντας κύνας, ἄλλό τι πεπονθέναι νομίζων, ἀλλ' οὐχὶ τῷ φρονεῖν πεφυκότι καὶ λογίζεσθαι καὶ μνημονεύειν ἀνα- F πεπλησμένους ταραχῆς, καὶ παραπεπαικότας, ἀγνοεῖν τὰ φίλτατα πρόσωπα, καὶ φεύγειν τὰς συντρόφους διαίτας, ἢ παρορᾷν τὸ φαινόμενον ἔοικεν, ἢ συνορῶν τὸ γινόμενον ἐξ αὐτοῦ, φιλονεικεῖν πρὸς τὴν ἀλήθειαν.

ϛʹ. ΣΩΚΛΑΡΟΣ. Ὀρθῶς μοι δοκεῖς ὑπονοεῖν· οἱ γὰρ ἀπὸ τῆς Στοᾶς καὶ τοῦ Περιπάτου, μάλιστα πρὸς τοὐναν-

F. 4. ἢ συνορῶν] Item e Porph. Vulgo, μὴ συνορῶν.

hoc ratione non contemnenda præditum esse: quæ conturbata furore isto, qui dicitur rabies, adficitur; nam neque visui eorum, neque auditui quidquam accidere mutationis tum cernimus. Enimvero sicut ineptus sit, qui hominis melancholia laborantis et insanientis neget abalienatam corruptamque esse vim ratiocinandi ac memoriæ: cum quidem ita receptum sit consuetudine, ut sic affectum *non esse apud se*, ac *mente excidisse* dicamus: ita qui rabido cani aliud accidisse aliquid putet, quam quod vi intelligendi, ratiocinandi, ac memorandi perturbata, desipiens ignoret carissimas personas, fugiatque consuetam a prima ætate vitæ rationem, neque agnoscat quæ cernit, videtur mihi aut non animadvertere rem manifestam, aut animadvertens id, quod ex ea consequitur, contentiose veritatem impugnare.

VI. Soclarus. Recte, mea sententia, judicas. Etenim Stoici et Peripatetici contrarium hac maxime pro-

πιον ἐντείνονται τῷ λόγῳ, τῆς δικαιοσύνης ἑτέραν γένεσιν οὐκ ἐχούσης, ἀλλὰ παντάπασιν ἀσυστάτου καὶ ἀνυπάρκτου
964 γινομένης, εἰ πᾶσι τοῖς ζώοις λόγου μέτεστι· γίνεται γὰρ ἢ τὸ ἀδικεῖν ἀναγκαῖον ἡμῖν ἀφειδοῦσιν αὐτῶν, ἢ μὴ χρωμένων αὐτοῖς, τὸ ζῆν ἀδύνατον καὶ ἄπορον· καὶ τρόπον τινὰ θηρίων βίον βιωσόμεθα, τὰς ἀπὸ τῶν θηρίων προέμενοι χρείας. Ἀφίημι γὰρ Νομάδων καὶ Τρωγλοδυτῶν ἀνεξευρέτους ἀριθμῷ μυριάδας, οἳ τροφὴν σάρκας, ἄλλο δὲ οὐδὲν ἴσασιν· ἀλλὰ ἡμῖν τοῖς ἡμέρως καὶ φιλανθρώπως ζῆν δοκοῦσιν, ποῖον ἔργον ἀπολείπεται γῆς, ποῖον ἐν θαλάττῃ, τίς ἐν ὄρεσι τέχνη, τίς κόσμος διαίτης, ἂν ὡς
B προσήκει λογικοῖς καὶ ὁμοφύλοις πᾶσι τοῖς ζώοις οὖσιν, ἀβλαβῶς καὶ μετ' εὐλαβείας προσφέρεσθαι μάθωμεν, ἔργον οὐκ ἔστιν εἰπεῖν. Οὐδὲν οὖν φάρμακον οὐδὲ ἴαμα τῆς ἢ τὸν βίον ἀναιρούσης ἢ τὴν δικαιοσύνην ἀπορίας οὐδὲν ἔχο-

A. 6. ἀριθμῷ] Sic E. P. et Porph. codices: apud quem De Abſtin. I, 5. et ſeq. hic locus inde ab A. γίνεται γὰρ—uſque ad C. ἀπολελοίπασι repetitus exſtat: quanquam vulgatum eſt ut in Plutarchi exemplis ἀριθμῶν.

A. 9. ἐν ὄρεσι] Porph. ἐναργής: quod, ſi cum Reiſkio mutetur in ἐνεργός, præferam vulgato.

bant ratione, quod juſtitiæ eſſe nullam originem poſſe dicunt, nullamque omnino fore juſtitiam, ſi omnia animalia ratione ſint prædita. Effici enim, ut aut injuſte faciamus iis veſcendis utendiſque, aut uſu eorum omiſſo vel vivere omnino nequeamus, vel vita inops futura ſit, et quodammodo belluina. Neque dicam de Nomadum et Troglodytarum innumeris millibus, qui præter carnes cibum alium nullum norunt. Nobis quidem, qui manſuete videmur et humaniter vivere, ſi diſcamus bruta omnia pro ratione præditis nobiſque cognatis habere, ac proinde ſine ullo eorum damno et cum cautione iis uti, non video quod opus in terra, in mari, in montibus, quæ ars, qui vitæ ornatus ſit futurus reliquus. Nullum proinde remedium adhiberi huic difficultati poteſt, quæ aut vitam aut juſtitiam

μένου, ἂν μὴ τὸν ἀρχαῖον ὅρον καὶ νόμον φυλάττωμεν, ὃν, καθ' Ἡσίοδον, ὁ τὰς φύσεις διελὼν καὶ θέμενος ἰδίᾳ τῶν γενῶν ἑκάτερον,

> Ἰχθύσι μὲν καὶ θηρσὶ καὶ οἰωνοῖς πετεηνοῖς,
> Ἔσθειν ἀλλήλους, ἐπεὶ οὐ δίκη ἐστὶ μετ' αὐτοῖς,
> Ἀνθρώποισι δ' ἔδωκε δίκην

πρὸς ἀλλήλους. Οἷς δὲ οὐκ ἔστι δικαιοπραγεῖν πρὸς ἡμᾶς, οὐδ' ἡμῖν πρὸς ἐκεῖνα γίνεται τὸ ἀδικεῖν. Ὡς οἵ γε τοῦτον προϊέμενοι τὸν λόγον, οὔτε χρείαν ἄλλην, οὔτε λι- C
τὴν τῇ δικαιοσύνῃ παρεισελθεῖν ὁδὸν ἀπολελοίπασι.

ζ'. ΑΥΤΟΒΟΥΛΟΣ. Ταῦτα μὲν, ὦ φίλε, ἀπὸ καρδίας τῶν ἀνδρῶν ἐξείρηκας· οὐ μὴν δοτέον, ὥσπερ δυστοκούσαις γυναιξὶ, περιάψασθαι τοῖς φιλοσόφοις ὠκυτόκιον, ἵνα ῥᾳδίως καὶ ἀταλαιπώρως τὸ δίκαιον ἡμῖν ἀποτέκωσιν. Οὐδὲ γὰρ αὐτοὶ τῷ Ἐπικούρῳ διδόασιν ὑπὲρ τῶν μεγίστων,

B. 6. Ἡσίοδον, ὁ τὰς] ὁ addidimus ex E. fatis hoc judicantes: poteramus et ὁ Ζεὺς ex Porph.
B. 11. Οἷς δὲ] δὲ addidimus ex Harl. et Porph.
C. 1. οὔτε χρείαν—λιτὴν] Porph. οὔτε εὐρεῖαν ἄλλην, οὔτε λειτὴν, forte rectius.

abolet, quam ut fequamur veterem terminum ac legem Dei illius, qui, ut eft apud Hefiodum, naturas diftinguens, ac genera feorfim unumquodque ponens,

> *Pifces, atque feras jubet, aëreasque volucres,*
> *Isthæc juftitiæ nulla cum lege ligentur,*
> *Alterum in alterius prædam demittier alvum:*
> *Humano generi fed mutua jura dicavit.*

Scilicet ut cum bruta nobifcum jufte agere non queant, nos quoque injufte in ipfa agere non poffimus: quam rationem qui dimittunt, neque ullam utilitatem vitæ, neque ullum juftitiæ aditum relinquunt.

VII. AUTOBULUS. Hæc quidem tu, amice, plane e fententia illorum dixifti. Verum non convenit philofophis, tanquam difficulter fœtum enitentibus mulieribus, appendere medicamentum partum accelerans, ut facile et abfque ærumna juftitiam nobis pariant. Nam ipfi quoque non concedunt Epicuro maximarum rerum cauffa fingenti exilem ad-

σμικρὸν οὕτω πρᾶγμα καὶ φαῦλον, οἶμαι, ἄτομον παρεγκλῖναι μίαν ἐπὶ τοὐλάχιστον, ὅπως ἄστρα καὶ ζῷα καὶ τύχη παρεισέλθῃ, καὶ τὸ ἐφ' ἡμῖν μὴ ἀπόληται· δεικνύναι
D δὲ τὸ ἄδηλον, ἢ λαμβάνειν τι τῶν προδήλων, καὶ προσήκει τὸ περὶ τῶν ζῴων ὑποτίθεσθαι πρὸς τὴν δικαιοσύνην, εἰ μήθ' ὁμολογεῖται, μήτ' ἄλλως ἀποδεικνύουσιν. Ἔχει γὰρ ἑτέραν ὁδὸν ἐκεῖ τὸ δίκαιον, οὐ σφαλερὰν καὶ παρακέκρημνον οὕτω καὶ διὰ τῶν ἐναργῶν ἀνατρεπομένων φέρουσαν, ἀλλὰ ἣν Πλάτωνος ὑφηγουμένην δεικνύουσιν οὑμὸς υἱὸς, ὦ Σώκλαρε, σὸς δὲ ἑταῖρος, τοῖς μὴ φιλομαχεῖν, ἕπεσθαι δὲ καὶ μανθάνειν βουλομένοις. Ἐπεί τό γε μὴ παντάπασι καθαρεύειν ἀδικίας τὸν ἄνθρωπον οὕτω τὰ
E ζῷα μεταχειριζόμενον, Ἐμπεδοκλῆς καὶ Ἡράκλειτος ὡς

C. 10. δεικνύναι—ἀποδεικνύουσι] Ita corrupte eſt in omnibus libris; niſi quod Xyl. habet τοῦ pro τό. Forte non procul a vero aberraverit hæc noſtra conjectura: δεικνύντα δὲ τὸ ἄδηλον λαμβάνειν τι τῶν προδήλων προσήκει, ὅτι περὶ τῶν ζῴων ὑποτίθεσθαί τι πρὸς τὴν δικαιοσύνην εἰ μήθ' ὁμολογεῖται μήτ' ἄλλως ἀποδεικνύουσι. Sententia in Latinis reddita eſt.
D. 5. ἀνατρεπομένων] Sic Mez. et Reiſk. Vulgo, ἀνατρεπόμενον.

eo atque nullius pretii rem, inclinationem ſcilicet atomi leviſſimam, qua is aſtra, animalia, et fortunam volebat introducere, et libertatem voluntatis noſtræ tueri. At qui obſcurum quid patefacere ac demonſtrare vult, debet manifeſtum quid ſumere unde demonſtrationem ducat: neque proinde tanquam fundamentum demonſtrationi ſupponere dictum ejuſmodi de brutis, quod de brutis quidem neque hominum conſenſu probetur, neque ipſe præterea demonſtret, ſed accommodatum ſit ad juſtitiæ originem inducendam. Etenim alia via ad ſtabiliendam juſtitiam perveniri poteſt, non ita lubrica et per præcipitia ducente, et evidentia evertente: ſed quam Platone auctore meus, Soclare, filius, tuus ſocius, monſtrat non contendendi cupidis, verum ſequi et diſcere volentibus. Sane non ſine omni injuſtitia fieri, quod homo ſic agit cum brutis, id tanquam verum ſumſerunt Empedocles et Heraclitus, ſæpenumero deploran-

ἀληθὲς προσδέχονται, πολλάκις ὀδυρόμενοι καὶ λοιδοροῦντες τὴν φύσιν, ὡς ἀνάγκην καὶ πόλεμον οὖσαν, ἀμιγὲς δὲ μηδὲν μηδὲ εἰλικρινὲς ἔχουσαν, ἀλλὰ διὰ πολλῶν καὶ ἀδίκων παθῶν περαινομένην· ὅπου καὶ τὴν γένεσιν αὐτὴν ἐξ ἀδικίας συντυγχάνειν λέγουσι, τῷ θνητῷ συνερχομένου τοῦ ἀθανάτου, καὶ τέρπεσθαι τὸ γενόμενον παρὰ φύσιν μέλεσι τοῦ γεννήσαντος ἀποσπωμένοις. Οὐ μὴν ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἄκρατα καὶ πικρὰ φαίνεται καταχόρως· ἑτέρα δ' ἐστὶν ἐμμελὴς παρηγορία μήτε τῶν ζώων τὸν λόγον ἀφ- F
αιρουμένη, καὶ σώζουσα χρωμένων αὐτοῖς πῶς προσήκει τὸ δίκαιον· ἣν τῶν σοφῶν καὶ παλαιῶν εἰσαγόντων, συστᾶσα λαιμαργία μεθ' ἡδυπαθείας ἐξέβαλε καὶ ἠφάνισεν, αὖθις δὲ Πυθαγόρας ἀνελάμβανε διδάσκων ὠφελεῖσθαι μὴ ἀδικοῦντας· οὐ γὰρ ἀδικοῦσιν οἱ τὰ μὲν ἄμικτα καὶ βλαβερὰ κομιδῇ κολάζοντες καὶ ἀποκτιννύοντες, τὰ δὲ ἥμερα καὶ

E. 5. γένεσιν αὐτὴν] αὐτὴν est ex Harl. Jun. Vulgo, αὐτῆς. Mez. εὐθύς.
E. 7. τέρπεσθαι] Immo τρέφεσθαι, ut Mez.
F. 2. πῶς προσήκει] Forte ὡς προσήκει, ut Mez. vel, ὅπως, ut Exempl. T.

tes, atque incuſantes naturam, ut quæ neceſſitas ſit ac bellum, nihil ſincerum habeat, multiſque injuſtis affectionibus ad finem ſuum perveniat: quando ipſe etiam ortus hominis ab injuſtitia ſit, immortali re cum mortali coëunte: alaturque id, quod naſcitur, partibus generantis contra naturam a toto avulſis. Verum hæc nimis acerba videtur eſſe et libera inſectatio. Alia autem eſt concinna excuſatio, quæ neque eripit animalibus rationem, et convenienter utentibus hominibus juſtitiam conſervat: quam a veteribus et ſapientibus introductam, guloſitas ac voluptatum ſtudium, coitione facta, exturbavit: Pythagoras autem revocavit, docens quomodo citra injuſtitiam utilitatem percipere poſſemus. Non enim agunt injuſte, qui animalia quæ cicurari prorſus non poſſunt, vel damnoſa omnino ſunt, plectunt atque interficiunt: manſueta autem humanaque cicu-

φιλάνθρωπα ποιούμενοι τιθασὰ, καὶ συνεργὰ χρείας πρὸς ἣν ἕκαστον εὖ πέφυκεν,

Ἵππων ὄνων τε ὀχεῖα, καὶ ταύρων γονὰς,

ὧν ὁ Αἰσχύλου Προμηθεὺς δοῦναι ἡμῖν φησιν,

965 *—— ἀντίδουλα, καὶ πόνων ἀνδέκτορα·*

κυσὶ δὲ χρώμενοι προφυλάττουσιν αἶγάς τε καὶ ὄϊς ἀμελγόμενα καὶ κειρόμενα νέμοντες. Οὐ γὰρ ἀναιρεῖται τὸ ζῆν οὐδὲ βίος ἀπόλλυται τοῖς ἀνθρώποις, ἂν μὴ λοπάδας ἰχθύων, μηδὲ ἥπατα χηνῶν ἔχωσι, μηδὲ βοῦς μήτ' ἐρίφους κατακόπτωσιν ἐπ' εὐωχίᾳ, μηδ' ἀλύοντες ἐν θεάτροις, μηδὲ παίζοντες ἐν θήραις, τὰ μὲν ἀναγκάζωσι τολμᾶν καὶ ἄκοντα μάχεσθαι, τὰ δὲ, μηδὲ ἀμύνεσθαι πεφυκότα διαφθείρωσι· τὸν γὰρ παίζοντα καὶ τερπόμενον οἶμαι συμπαίζουσι δεῖν χρῆσθαι καὶ ἱλαροῖς, οὐχ, ὥσπερ ὁ Βίων ἔλεγε " τὰ παιδάρια παίζοντα τῶν βατράχων τοῖς

F. 10. ὀχεῖα] Scripsi pro ἰχεῖαν, ut supra p. 98. C.
F. 11. ὧν] Rectius sit ἃ, cum Mez.
A. 8. καὶ ἄκοντα] Sic B. Vulgo, ἄκοντα καὶ—.
A. 9. τερπόμενον] Harl. παιζόμενον. Legam, τὸν γὰρ παίζοντα τοῖς παιζομένοις—.

rando ad eas operas condocefaciunt, quæ uniuscujusque naturæ conveniunt:

Fetus equorum, asinorumque, et boum genus,

quos, ut ait Æschyli Prometheus, dat Deus,

Munera rependens, quæ nostris laboribus
Subeant:

am deſcendens, catulis eas a ſe decerpendas præbet. Cubile ejus duo habet foramina: unum verſus meridiem, alterum verſus ſeptentriones. Cum ergo præſentit mutationem aëris, inſtar gubernatoris vela mutantis, obturat id quod vento eſt oppoſitum, alterum aperit. Quod cum Cyzici quidam obſervaſſet, creditus eſt a ſe prædicere poſſe ventum qui eſſet ſpiraturus.

XVII. Societatis tuendæ ac prudentiæ exempla Juba ſcribit ab elephantis exhiberi. Venatores enim foſſas quas ad ipſos capiendos faciunt, levibus ſarmentis et terra vili injecta obtegunt. Cum ergo elephantorum unus (nam multi ſimul ambulant) in foſſam inciđit, reliqui materiam congerunt, et lapides ingerunt, ut illapſus facile exire poſſit. Scribit etiam elephantos Diis vota facere, cum ſe, ne-

μένους τε τῇ θαλάσσῃ, καὶ τὸν ἥλιον ἐκφανέντα προσκυνεῖν, ὥσπερ χειρὸς ἀνατάσει τῆς προβοσκίδος. Ὅθεν καὶ θεοφιλέστατόν ἐστι τὸ θηρίον, ὡς Πτολεμαῖος ὁ C
Φιλοπάτωρ ἐμαρτύρησε. Κρατήσας γὰρ Ἀντιόχου καὶ βουλόμενος ἐκπρεπῶς τιμῆσαι τὸ θεῖον, ἄλλα τε πάμπολλα κατέθυσεν ἐπινίκια τῆς μάχης, καὶ τέσσαρας ἐλέφαντας· εἶτα νύκτωρ ὀνείρασιν ἐντυχὼν ὡς τοῦ θεοῦ μετ' ὀργῆς ἀπειλοῦντος αὐτῷ διὰ τὴν ἀλλόκοτον ἐκείνην θυσίαν, ἱλασμοῖς τε πολλοῖς ἐχρήσατο, καὶ χαλκοῦς ἐλέφαντας ἀντὶ τῶν σφαγέντων ἀνέστησε τέσσαρας. Οὐχ ἧττον δὲ κοινωνικὰ τὰ τῶν λεόντων. Οἱ γὰρ νέοι τοὺς βραδεῖς καὶ γέροντας ἤδη συνεξάγουσιν ἐπὶ θήραν· ὅπου δ' ἂν ἀπαγορεύσωσιν, οἱ μὲν κάθηνται περιμένοντες, οἱ δὲ θηρεύουσι· κἂν λάβωσιν ὁτιοῦν, ἀνακαλοῦνται, μόσχου μυκήματι τὸ D
βρύχημα ποιοῦντες ὅμοιον· οἱ δ' εὐθὺς αἰσθάνονται, καὶ παραγενόμενοι, κοινῇ τὴν ἄγραν ἀναλίσκουσιν.

B. 11. ἀνατάσει] Ex B. Venet. Collat. Muret. Schott. Anon. Jannot. T. V. B. Ceteri, et Vulgo, ἀνασχέσει.
C. 3. ἐκπρεπῶς] Sic B. Harl. Mez. Vulgo, εὐπρεπῶς.

mine docente, mari lustrent, Solemque orientem adorent, proboscide manus loco sursum erecta. Itaque etiam hoc animal Diis est carissimum, ut Ptolemæus Philopator testatum fecit. Cum enim, victo Antiocho, vellet Diis honorem splendide habere, præter alia ob partam prælio victoriam sacrificia, quatuor etiam elephantos immolavit: nocturnis autem territus insomniis, quod numen ei ob sacrificium illud insuetatum comminaretur, cum multis usus est piaculis, tum quatuor æreos elephantos pro occisis posuit. Neque minus societatem colunt leones. Nam a junioribus in venationem educuntur ætate graviores et tardiores: hi ubi defatigati sunt, sedent et juniores operiuntur: qui prædam nacti, mugitu, qui similis est boatui vituli, seniores vocant: hi id statim sentiunt, accedunt, communique præda vescuntur.

ιη'. Ἔρωτες δὲ πολλῶν, οἱ μὲν, ἄγριοι καὶ περιμανεῖς γεγόνασιν· οἱ δὲ, ἔχοντες οὐκ ἀπάνθρωπον ὡραϊσμὸν οὐδὲ ἀναφρόδιτον ὁμιλίαν. Οἷος ἦν ὁ τοῦ ἐλέφαντος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τοῦ ἀντερῶντος Ἀριστοφάνει τῷ γραμματικῷ· τῆς γὰρ αὐτῆς ἤρων στεφανοπώλιδος, καὶ οὐχ ἧττον ἦν ὁ ἐλέφας διάδηλος· ἔφερε γὰρ αὐτῇ τῆς ὀπώρας ἀεὶ πρατήρια παραπορευόμενος, καὶ χρόνον πολὺν ὑφίστατο, καὶ τὴν προβοσκίδα τῶν χιτωνίων ἐντὸς ὥσπερ χεῖρα παρα-
E βαλὼν, ἀτρέμα τοῦ περὶ τὸ στῆθος ὥρας ἔψαυεν. Ὁ δὲ δράκων ὁ τῆς Αἰτωλίδος ἐρασθεὶς, ἐφοίτα νύκτωρ πρὸς αὐτὴν, καὶ τοῦ σώματος ὑποδυόμενος ἐν χρῷ, καὶ περιπλεκόμενος, οὐδὲν οὔτε ἑκὼν οὔτε ἄκων ἔβλαψεν, ἀλλὰ καὶ κοσμίως ἀεὶ περὶ τὸν ὄρθρον ἀπηλλάττετο· συνεχῶς δὲ τοῦτο ποιοῦντος αὐτοῦ, μετῴκισαν οἱ προσήκοντες ἀπωτέρω τὴν ἄνθρωπον· ὁ δὲ τρεῖς μὲν ἢ τέτταρας οὐκ ἦλθεν, ἀλλ', ὡς ἔοικε, περιῄει ζητῶν καὶ πλανώμενος· μό-

E. 7 ἢ τέτταρας] Aut hoc mutandum in ἡμέρας, aut ei subjungendum νύκτας.

XVIII. Amores porro multorum exstitere animalium, alii sævi et furiosi, alii habentes non inhumanam elegantiam, neque invenustam consuetudinem. Qualis fuit Alexandreæ amor elephanti, rivalem se Aristophani grammatico exhibentis: amabant enim ambo puellam corollas vendentem, et non minus evidenter elephantus: nam per forum pomarium transiens, semper ei poma adferebat, diuque adstabat proboscideque, manus instar, intra vestem inserta pectus sensim contrectabat. Draco autem qui Ætolicam fœminam amavit, noctu ad eam commeabat, et ad cutem usque subiens amplexansque, neque prudens, neque imprudens lædebat, placideque semper sub auroram abiit: quod cum assiduo faceret, necessarii longius removerunt fœminam. Draco post id, triduum aut quatriduum non venit, quærens, ut apparet, eam, et vagans, tan-

λις δέ πως ἐξανδρῶν, καὶ περιπεσὼν οὐ πράως ὥσπερ F
εἰώθει, ἀλλὰ τραχύτερος, τῷ μὲν ἄλλῳ σπειράματι τὰς χεῖρας αὐτῆς ἔδησε πρὸς τὸ σῶμα, τῷ δὲ ἀπολήγοντι τῆς οὐρᾶς ἐμάστιγε τὰς κνήμας, ἐλαφράν τινα καὶ φιλόστοργον καὶ πλέον ἔχουσαν τοῦ κολάζοντος τὸ φειδόμενον ὀργὴν ἐπιδεικνύμενος. Τὸν δὲ ἐν Αἰγύπτῳ παιδεραστοῦντα χῆνα, καὶ τὸν ἐπιθυμήσαντα Γλαύκης τῆς κιθαρῳδοῦ κριόν, (περιβόητοι γάρ εἰσι, καὶ πολλῶν οἶμαι διηγημάτων διακορεῖς ὑμᾶς εἶναι), διὸ ταῦτα μὲν ἀφίημι.

ιθʹ. Ψᾶρες δὲ καὶ κόρακες καὶ ψιττακοὶ μανθάνοντες διαλέγεσθαι, καὶ τὸ τῆς φωνῆς πνεῦμα τοῖς διδάσκουσιν εὔπλαστον οὕτω καὶ μιμηλὸν ἐξαριθμεῖν καὶ ῥυθμίζειν παρέχοντες, ἐμοὶ δοκοῦσι προδικεῖν καὶ συνηγορεῖν τοῖς ἄλλοις 973
ζῴοις ἐν τῷ μανθάνειν, τρόπον τινὰ διδάσκοντες ἡμᾶς ὅτι καὶ προφορικοῦ λόγου καὶ φωνῆς ἐνάρθρου μέτεστιν αὐτοῖς· ἢ καὶ

F. 6. Αἰγύπτῳ] Legendum, Αἰγιῷ.
F. 12. ἐξαριθμεῖν] Forte, ἐξαρθροῦν. Neque ineptum eſt Reiſkii ἐξαρτύειν.
A. 3. ἢ καὶ πολὺς] Ita dedi juſta, ut arbitror, auctoritate. Vulgo, αἱ καὶ τοῖς πολλοῖς. E. Harl. Ald. Baſ. Xyl. P. ἢ καὶ πολύς. B. Jannot. Pol. ἢ καὶ τοῖς πολλοῖς.

dem ægre cum reperiſſet, non pro more placidus, ſed aſperior acceſſit, et cum manus ejus reliquis voluminibus corpori alligaſſet, ſuras extrema cauda flagellavit: lenem quandam et amatoriam iram oſtendens, quæ plus indulgentiæ haberet quam pœnæ. Omitto anſerem, qui in Ægypto puerum adamavit, et Glauces cytharœdæ amore captum arietem: ſunt enim in ore omnium, et vobis multarum narrationum ſatietatem obortam puto.

XIX. Jam ſturni, corvi, pſittaci, quando loqui diſcunt, vociſque ſpiritum ita facilem fictu doctoribus præbent: videntur mihi inter diſcendum patrocinari aliis animalibus, ac nos quodammodo docere, etiam ejus quæ viva voce exprimitur et articulatæ orationis partem ipſis

πολὺς καταγέλως τὸ πρὸς ταῦτα καταλιπεῖν ἐκείνοις
σύγκρισιν, οἷς οὐδὲ ὅσον ὠρύσασθαι μέτεστιν, οὐδ' ὅσον στε-
νάξαι, φωνῆς· τούτων δὲ καὶ τοῖς αὐτοφυέσι καὶ τοῖς ἀδι-
δάκτοις γηρύμασιν ὅση μοῦσα καὶ χάρις ἔπεστιν, οἱ λογιώ-
τατοι καὶ καλλιφωνότατοι μαρτυροῦσι, τὰ ἥδιστα ποιήματα
καὶ μέλη, κύκνων καὶ ἀηδόνων ᾠδαῖς ἀπεικάζοντες. Ἐπεὶ
δὲ τοῦ μαθεῖν τὸ διδάξαι λογικώτερον, ἤδη πειστέον Ἀριστο-
B τέλει, λέγοντι καὶ τοῦτο τὰ ζῷα ποιεῖν· ὀφθῆναι γὰρ
ἀηδόνα νεοσσὸν ᾄδειν προδιδάσκουσαν. Μαρτυρεῖ δὲ
αὐτῷ τὸ φαυλότερον ᾄδειν, ὅσαις συμβέβηκε μικραῖς ἁ-
λούσαις, ἀποτρόφοις τῶν μητέρων γενέσθαι· διδάσκονται
γὰρ αἱ συντρεφόμεναι καὶ μανθάνουσιν, οὐ διὰ μισθὸν,
οὐδὲ πρὸς δόξαν, ἀλλὰ τῷ χαίρειν διαμελιζόμεναι, καὶ
τὸ καλὸν ἀγαπᾶν μᾶλλον ἢ τὸ χρειῶδες τῆς φωνῆς. Ἔχω
δὲ περὶ τούτου καὶ λόγον εἰπεῖν πρὸς ὑμᾶς, ἀκούσας Ἑλ-

esse. Quo fit ut valde ridiculi sint, qui cum istis animalibus sibi comparandos sumunt pisces, qui neque ad ululatum quidem aut ad gemitum satis habent vocis: cum avium a natura profectis, et nulla disciplina formatis cantilenis quantum venustatis et gratiæ insit, eruditissimi et musices peritissimi homines testimonium ferant, suavissima poëmata et carmina, olorum et lusciniarum comparantes cantibus. Quoniam autem in docendo quam discendo plus inest rationis, fides jam habeatur Aristoteli, qui docere etiam animalia ait: visam enim esse lusciniam, quæ suo pullo canendi modum traderet. Atque testimonium ei fert hæc res, quod eæ lusciniæ deterius canunt, quæ parvæ captæ et convictui matrum ereptæ aluntur: quæ enim a matribus educantur, simul discunt: non mercedis aut gloriæ gratia cantillantes, sed quia delectantur, et vocis pulchritudinem magis quam utilitatem diligunt. Est quod vobis narrem, auditum ex ore multorum Romanorum et Græcorum, qui rem coram

λήνων τε πολλῶν καὶ Ῥωμαίων παραγινομένων. Κουρεὺς γάρ τις ἐργαστήριον ἔχων ἐν Ῥώμῃ πρὸ τοῦ τεμένους ὃ C
καλοῦσιν Ἑλλήνων ἀγορὰν, θαυμαστόν τι χρῆμα πολυφώνου καὶ πολυφθόγγου κίττης ἔτρεφε, καὶ ἀνθρώπου ῥήματα καὶ θηρείους φθόγγους ἀνταπεδίδου, καὶ ψόφους ὀργάνων, μηδενὸς ἀναγκάζοντος, ἀλλ' αὐτὴν ἐθίζουσα, καὶ φιλοτιμουμένη μηδὲν ἄρρητον ἀπολιπεῖν, μηδὲ ἀμίμητον. Ἔτυχε δέ τις ἐκεῖ τῶν πλουσίων ἐκκομιζόμενος ὑπὸ σάλπιγξι πολλαῖς, καὶ γενομένης, ὥσπερ εἰώθει, κατὰ τὸν τόπον ἐπιστάσεως, εὐδοκιμοῦντες οἱ σαλπιγκταὶ καὶ κελευόμενοι, πολὺν χρόνον ἐνδιέτριψαν· ἡ δὲ κίττα μετὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἄφθογγος ἦν καὶ ἄναυδος, οὐδὲ τὴν αὑτῆς ἐπὶ τοῖς ἀναγκαίοις πάθεσιν ἀφιεῖσα φωνήν. Τοῖς D
οὖν πρότερον αὐτῆς θαυμάζουσι τὴν φωνὴν, τότε θαῦμα μεῖζον ἡ σιωπὴ παρεῖχε, κωφὸν ἀκρόαμα τοῖς συνήθως παροδεύουσι τὸν τόπον· ὑποψίαι δὲ φαρμάκων ἐπὶ τοὺς ὁμοτέχνους ἦσαν· οἱ δὲ πλεῖστοι τὰς σάλπιγγας εἴκαζον

ſpectaverunt. Tonſor quidam tonſtrinam habebat Romæ ante templum, quod Forum Græcorum appellant. Is mirifice vocalem et garrulam alebat picam, quæ et hominum verba, et voces boum redderet, inſtrumentorumque ſonos; non cogente quoquam, ſed quod ipſa impenſe ſtuderet omnes voces prodere, nihil non ſonorum exprimere imitando. Forte evenit, ut in ea vicinia dives quidam efferretur multis tubis accinentibus: cumque, pro more, ibi locorum fieret inſtitio, tubicines quia placebant, juſſi cantum diutius protraxere. Ab illa die pica ita muta, ita voce omni deſtituta fuit, ut ne eam quidem ederet, qua neceſſaria ſibi ſolebat indicare. Quibus ergo ante vox ejus, iis tunc ſilentium admirationi fuit: etiam eo majori, quod auditorium ſolitorum ea pergere ita conticuiſſet. Non deerant, qui veneficio eandem artem tractantium hoc effectum ſuſpicarentur: plerique ſono tu-

ἐκπλῆξαι τὴν ἀκοήν, τῇ δ' ἀκοῇ συγκαταποσβέσθαι τὴν φωνήν. Ἦν δὲ οὐδέτερα τούτων, ἀλλ' ἄσκησις, ὡς ἔοικε, καὶ ἀναχώρησις εἰς ἑαυτὸ τοῦ μιμητικοῦ, καθάπερ ὄργανον ἐξαρτυομένου τὴν φωνὴν καὶ παρασκευάζοντος· ἄφνω
E γὰρ αὖθις ἧκε καὶ ἀνέλαμψεν, οὐδὲν τῶν συνήθων καὶ παλαιῶν μιμημάτων ἐκείνων, ἀλλὰ τὰ μέλη τῶν σαλπίγγων αὐταῖς περιόδοις φθεγγομένη, καὶ μεταβολὰς πάσας καὶ χρωμάτων διεξιοῦσα πάντας ῥυθμούς· ὥστε, ὅπερ ἔφην, τῆς εὐμαθείας λογικωτέραν εἶναι τὴν αὐτομάθειαν ἐν αὐτοῖς. Πλὴν ἕν γέ τι μάθημα κυνὸς οὐ δοκῶ μοι παρήσειν, γενόμενος ἐν Ῥώμῃ θεατής. Παρὼν γὰρ ὁ κύων μίμῳ πλοκὴν ἔχοντι δραματικὴν καὶ πολυπρόσωπον, ἄλλας τε μιμήσεις ἀπεδίδου τοῖς ὑποκειμένοις πάθεσι
F καὶ πράγμασι προσφόρους, καὶ φαρμάκου ποιουμένων ἐν αὐτῷ πεῖραν, ὑπνωτικοῦ μέν, ὑποκειμένου δὲ εἶναι θανασίμου, τόν τε ἄρτον ᾧ δῆθεν ἐμέμικτο τὸ φάρμακον,

barum auditum avis perculſum putabant et attonitum, unaque cum eo exſtinctam vocem. Verum nihil erat tale in cauſſa: ſed exercitatio, ut apparuit, vi imitandi in ſeſe converſa, et vocem tanquam inſtrumentum concinnante atque apparente. Subito enim rurſum vocem emiſit et emicuit, nihil uſitatarum illarum et veterum imitationum, ſed cantus tubarum ipſis converſionibus modulans, omneſque mutationes et pulſationum numeros exprimens; ut, quomodo dixi, in animalibus intelligi poſſit, facultatem a ſeipſo diſcendi rationis majorem habere vim, quam docilitatem magiſtro aptam. Unam tamen canis diſciplinam non videor mihi debere ſilentio premere, cujus ſpectator Romæ fui. Erat canis mimo cuidam, qui tum fabulam perplexam, multarumque actione perſonarum conſtantem docebat: is canis cum alios geſtus referebat, rebus et motibus animorum argumenti reſpondentes: tum facto periculo in ipſo veneni, quod ſoporem afferret, ſed lethale videri ex argumento fabulæ debebat, panem in quo

ἐδέξατο, καὶ καταφαγὼν, ὀλίγον ὕστερον ὅμοιος ἦν ὑποτρέμοντι καὶ σφαλλομένῳ καὶ καρηβαροῦντι· τέλος δὲ προτείνας ἑαυτὸν, ὥσπερ νεκρὸς ἔκειτο, καὶ παρεῖχεν ἕλκειν καὶ μεταφέρειν, ὡς ὁ τοῦ δράματος ὑπηγόρευε λόγος· ἐπεὶ δὲ τὸν καιρὸν ἐκ τῶν λεγομένων καὶ πραττομένων ἐνόησεν, ἡσυχῇ τὸ πρῶτον ἐκίνησεν ἑαυτὸν, ὥσπερ ἐξ ὕπνου βαθέος ἀναφερόμενος, καὶ τὴν κεφαλὴν ἐπάρας διέβλεψεν· ἔπειτα 91
θαυμασάντων, ἐξαναστὰς ἐβάδιζε πρὸς ὃν ἔδει· καὶ προσῆκε μὲν χαίρων καὶ φιλοφρονούμενος, ὥστε πάντας ἀνθρώπους καὶ Καίσαρα (παρῆν γὰρ ὁ γέρων Οὐεσπασιανὸς ἐν τῷ Μαρκέλλου θεάτρῳ) συμπαθεῖς γενέσθαι.

κ. Γελοῖοι δ' ἴσως ἐσμὲν ἐπὶ τῷ μανθάνειν τὰ ζῶα σεμνύνοντες, ὧν ὁ Δημόκριτος ἀποφαίνει μαθητὰς ἐν τοῖς μεγίστοις γεγονέναι ἡμᾶς· ἀράχνης, ἐν ὑφαντικῇ καὶ ἀκεστικῇ· χελιδόνος, ἐν οἰκοδομίᾳ· καὶ τῶν λιγυρῶν κύκνου καὶ

A. 2. προσῆκε μὲν] An corrigendum προσήκαλλε, vel προσέσαινε quorum hoc Reiskius quoque proposuit. Utrumvis melius, certe, vulgato.

id exhibebatur accepit, et postquam edisset, paulo post similem se tremebundo, labascenti, et caput ob gravitatem sustentare nequeunti præbuit: denique se tanquam exstinctum protendit, trahendumque et transferendum præbuit: sicut fabulæ rationes postulabant. Deinde articulo temporis ex his quæ dicebantur agebanturque cognito, sensim principio sese commovit, tanquam si ex alto somno expergisceretur, ac sublato capite circumspexit: post admirantibus omnibus, ad eum accessit ad quem debuit, lætitiam simulans atque comitatem. Ea res commovit animos omnium hominum, ipsiusque etiam Vespasiani senis imperatoris, qui una tum in theatro Marcelli aderat.

XX. Sed ridiculi fortasse sumus, qui eo nomine laudamus animalia, quod discant: cum Democritus affirmet nos eorum in maximis rebus fuisse imitando discipulos, araneæ, in texendi arte atque reficiendi: hirundinis, in ædi-

ἀηδόνος, ἐν ᾠδῇ, κατὰ μίμησιν. Ἰατρικῆς δὲ πολὺ τῶν
B τριῶν εἰδῶν ἑκάστου καὶ γενναῖον ἐν αὐτοῖς μόριον ὁρῶμεν.
Οὐ γὰρ μόνῳ τῷ φαρμακευτικῷ χρῶνται, χελῶναι μὲν
ὀρίγανον, γαλαῖ δὲ πήγανον, ὅταν ὄφεως φάγωσιν, ἐπεσθίουσι· κύνες δὲ πόᾳ τινὶ καθαίροντες ἑαυτοὺς χολεριῶντας·
ὁ δὲ δράκων τῷ μαράθρῳ τὸν ὀφθαλμὸν ἀμβλυώττοντα
λεπτύνων καὶ διαχαράττων· ἡ δὲ ἄρκτος, ὅταν ἐκ τοῦ
φωλεοῦ παρέλθῃ, τὸ ἄρον ἐσθίουσα πρῶτον τὸ ἄγριον· ἡ
γὰρ δριμύτης ἀνοίγει συμπεφυκὸς αὐτῆς τὸ ἔντερον· ἄλλως
δὲ ἀσώδης γενομένη πρὸς τὰς μυρμηκιὰς τρέπεται, καὶ
κάθηται προβάλλουσα λιπαρὰν καὶ μαλακὴν ἰκμάδι
γλυκείᾳ τὴν γλῶσσαν ἄχρις οὗ μυρμήκων ἀνάπλεως γένηται·
C ηται· καταπίνουσα γὰρ ὠφελεῖται· τῆς τε ἴβεως τὸν ὑποκλυσμὸν ἅλμῃ καθαιρομένης Αἰγύπτιοι συνιδεῖν καὶ μι-

A. 10. ἐν ᾠδῇ, κατὰ μίμησιν] Vulgo, ἐν ᾠδῇ, καὶ κατὰ μίμησιν. Delevi καὶ cum Harl. Postremum κατὰ μίμησιν, interpretando referendum ad μαθητάς, ut fecit Amiot. At Mez. corrigit ἐν ᾠδικῇ, κατὰ μίμησιν: neque hoc repudiandum, si item referas ad μαθητάς.
B. 5. δράκων τῷ] Sic E. Vulgo, δράκων ὁ τῷ.

ficandi: oloris et luſciniæ, in ſuaviter canendi. Medicinæ porro trium partium exempla illuſtria in iis videmus. Non enim medicante duntaxat ejus utuntur ſpecie: cujus quidem ſubjiciam exempla. Teſtudines origanum, muſtelæ rutam mandunt, ubi aliquid de ſerpente comederunt. Canes certa quadam herba ſe bili vexante expurgant. Draco oculum obtuſe videntem fœniculo extenuans et compungens. Urſa cum primum ex antro ſuo prodit, aro veſcitur agreſti, cujus acrimonia aperit inteſtinum ipſius concretum. Alioqui nauſea cum tentatur, ad formicarum cavernam ſe confert, linguamque ſuam pinguem et dulci ſucco mollitam exerens eis proponit, dum hæc formicarum fiat plena: quibus deglutitis juvatur. Sed et ibis prolutionem alvi per inteſtinorum ultimam extremitatem ingeſta marina aqua ſe purgantis, animadvertiſſe

μιμήσασθαι λέγουσιν· οἱ δὲ ἱερεῖς ὕδατι χρῶνται, περιαγνίζοντες ἑαυτοὺς, ἐξ οὗ πέπωκεν ἶβις· ἂν γὰρ ᾖ φαρμακῶδες ἢ νοσερὸν ἄλλως τὸ ὕδωρ, οὐ προσάγεται. Ἀλλὰ καὶ τροφῆς ἀποχῇ ἔνια θεραπεύονται, καθάπερ λύκοι καὶ λέοντες, ὅταν κρεῶν γένωνται διάκορεις, ἡσυχίαν ἄγουσι κατακείμενοι, καὶ συνθάλποντες ἑαυτούς. Τίγριν δέ φασιν, ἐρίφου παραδοθέντος αὐτῇ, χρωμένῃ διαίτῃ μὴ φαγεῖν ἐφ' ἡμέρας δύο, τῇ δὲ τρίτῃ πεινῶσαν αἰτεῖν ἄλλο, καὶ τὴν γαλεάγραν σπαράσσειν· ἐκείνου δὲ φείσασθαι, οἰομένην σύντροφον ἔχειν ἤδη καὶ σύνοικον. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ χειρουργίᾳ D χρῆσθαι τοὺς ἐλέφαντας ἱστοροῦσι· καὶ γὰρ ξυστὰ καὶ λόγχας καὶ τοξεύματα, παριστάμενοι τοῖς τετρωμένοις, ἄνευ σπαραγμοῦ ῥᾳδίως καὶ ἀβλαβῶς ἐξέλκουσιν. Αἱ δὲ Κρητικαὶ αἶγες ὅταν τὸ δίκταμον φάγωσιν, ἐκβάλλουσι τὰ τοξεύματα ῥᾳδίως, καταμαθεῖν ταῖς ἐγκύοις τὴν βοτάνην παρέχον ἐκτρωτικὴν δύναμιν ἔχουσαν· ἐπ' οὐδὲν γὰρ ἄλλο

et imitati fuiſſe dicuntur Ægyptii: et ſacerdotes eorum, cum ſe conſpergendo luſtrant, aqua ad hoc utuntur, e qua ibis biberit: quod infectam aut inſalubrem nullam hæc aquam tangat avis. Sed et cibi abſtinentia curantur quædam: ut lupi et leones, qui cum faſtidium carnium eſu nimio contraxerunt, aliquantum jacentes et ſe calefacientes quieſcunt. Tigrin ferunt, tradito ei hœdo, abſtinuiſſe cibo per biduum: tertia die eſurientem, aliud popoſciſſe, et ni mox daretur, caveam convellere cœpiſſe in qua incluſa tenebatur, interim hœdo, ut convictori jam et contubernali facto, peperciſſe. Sed et medicinam quæ manibus adminiſtratur exerceri ab elephantis aiunt: qui vulneratis adſtantes, contos, lanceas, et ſagittas facile et ſine damno aut laniatione evellant. Capellæ Cretenſes quod dictamno eſo facile ejiciunt infixa ipſis ſpicula, (ſtatim enim ſauciatæ eam herbam, nihil aliud, ſectantur)

τρωθεῖσαι φέρονται, καὶ ζητοῦσι καὶ διώκουσι τὸ δίκταμον.

κά. Ἧττον δὲ ταῦτα θαυμαστὰ, καίπερ ὄντα θαυμάσια, ποιοῦσιν αἱ νόησιν ἀριθμοῦ καὶ δύναμιν τοῦ ἀριθ-
E μεῖν ἔχουσαι φύσεις, ὥσπερ ἔχουσιν αἱ περὶ Σοῦσα βόες· εἰσὶ γὰρ αὐτόθι τὸν βασιλικὸν παράδεισον ἄρδουσαι περιάκτοις ἀντλήμασιν, ὧν ὥρισται τὸ πλῆθος· ἑκατὸν γὰρ ἑκάστη βοῦς ἀναφέρει καθ' ἡμέραν ἑκάστην ἀντλήματα, πλείονα δὲ οὐκ ἔστιν οὔτε λαβεῖν οὔτε βιάσασθαι βουλόμενον· ἀλλὰ καὶ πείρας ἕνεκα πολλάκις προστιθέντων, ὑφίσταται, καὶ οὐ πρόεισιν, ἀποδοῦσα τὸ τεταγμένον· οὕτως ἀκριβῶς συντίθησι καὶ καταμνημονεύει τὸ κεφά-
F λαιον, ὡς Κτησίας ὁ Κνίδιος ἱστόρηκε. Λίβυες δὲ Αἰγυπτίων καταγελῶσι μυθολογούντων περὶ τοῦ ὄρυγος, ὡς φωνὴν ἀφιέντος ἡμέρας ἐκείνης καὶ ὥρας ἧς ἐπιτέλλει τὸ

D. 8. καὶ ζητοῦσι καὶ διώκουσι] Legendum, vel ζητοῦσι δὲ καὶ διώκουσι—. vel κ. ζ. κ. διώκουσιν ἢ τὸ δίκταμον.

D. 11. ποιοῦσιν αἱ] Sic B. E. Harl. Mez. Vulgo, ποιοῦσι καί. Jannot. Schott. ποιοῦσι καὶ αἱ. T. B. ποιοῦσι αἱ.

E. 5. λαβεῖν] Mez. λαθεῖν, probabiliter.

gravidis mulieribus occaſionem dederunt obſervandi, eam vim ejiciendi fœtus habere.

XXI. Hæc, quanquam admirabilia, minus tamen admirationis merentur, quam quod beſtiæ ſunt quæ numeri vim intelligunt, et numerare poſſunt. Suſis boves ſunt, quæ regium ibi hortum rigant portatilibus hauſtris, quorum numerus eſt definitus, ut quævis bos quotidie centum id genus vaſa aquæ plena tollat: plura ut tollat, nulla ratione, ne vi quidem ulla efficies: nam ſæpe quidem tentatum eſt: ſed bos ubi conſtitutum numerum abſolvit, ſubſiſtit, neque amplius progreditur: ita accurate ſummam concipit, et in memoria conſervat: auctor Cteſias Cnidius. Afri Ægyptios derident, qui de oryge fabulentur, eum ea die et hora vocem emittere, qua ſidus oritur, quod Sirium et Canicu-

ἄστρον ὃ Σῶθιν αὐτοὶ, Κύνα δὲ καὶ Σείριον ἡμεῖς καλοῦμεν· τὰς γὰρ αὐτοῦ ὁμοῦ πάσας αἶγας, ὅταν ἀνάσχῃ μεθ' ἡλίου τὸ ἄστρον ἀτρεκῶς ἐκεῖ στρεφομένας ἀποβλέπειν πρὸς τὴν ἀνατολήν· καὶ τεκμήριον τοῦτο τῆς περιόδου βεβαιότατον εἶναι, καὶ μάλιστα τοῖς μαθηματικοῖς κανόσιν ὁμολογούμενον.

κβ'. Ἵνα δὲ κορυφὴν ὁ λόγος ἐπιθεὶς ἑαυτῷ παύσηται, φέρε, κινήσαντες τὸν ἀφ' ἱερᾶς, βραχέα περὶ θειότητος αὐτοῦ καὶ μαντικῆς εἴπωμεν. Οὐ γάρ τι μικρὸν οὐδὲ ἄδοξον, ἀλλὰ πολὺ καὶ παμπάλαιον μαντικῆς μόριον, οἰωνιστικὴ κέκληται· τὸ γὰρ ὀξὺ καὶ νοερὸν αὐτοῦ καὶ δι' εὐστροφίαν ὑπήκοον ἁπάσης φαντασίας, ὥσπερ ὀργάνῳ τῷ θεῷ παρέχει χρῆσθαι καὶ τρέπειν ἐπί τε κίνησιν, ἐπί τε φωνὰς καὶ γηρύματα, καὶ σχήματα νῦν μὲν ἐνστατικὰ, νῦν δὲ φορὰ, καθάπερ πνεύματα, ταῖς μὲν ἐπικόπτοντα, ταῖς δὲ ἐπευθύνοντα πράξεις καὶ ὁρμὰς εἰς τὸ τέλος. 975

A. 9. ταῖς μὲν—ταῖς δὲ] Forte, τὰς μὲν—τὰς δὲ—.

lam nos appellamus, ipsi Sothen; suas enim universe capras quando illud astrum cum Sole oritur, certo conversas ad ortum intueri: esseque id firmissimum documentum annuæ circuitionis, maximeque cum astronomicis consentiens tabulis.

XXII. Ut autem oratio nostra colophonem ipsa sibi imponens desinat, age moveamus, quod dicitur, a sacra linea scrupulum, et exigua quædam de divinitate divinatione que nostrorum dicamus animalium. Non enim exigua, aut ignobilis, sed cum magna, tum pervetusta pars divinationis est auspicium. Celeritatem quippe suam aves, vim intelligendi ob agilitatem omnibus visis percipiendis aptam, Deo accommodant utendam; ut is eam convertat et ad motus, et ad voces, et ad garritus, et ad figuras: quæ omnia modo cohibentia, modo, ventorum instar, incitantia, alias actiones voluntatesque impediant, alias dirigant et ad finem perducant. Ideo

Διὸ κοινῇ μὲν ὁ Εὐριπίδης θεῶν κήρυκας ὀνομάζει τοὺς ὄρνιθας· ἰδίᾳ δέ φησιν ὁ Σωκράτης ὁμόδουλον ἑαυτὸν ποιεῖσθαι τῶν κύκνων· ὥσπερ αὖ καὶ τῶν βασιλέων, ἀετὸς μὲν ὁ Πύῤῥος ἥδετο καλούμενος, ἱέραξ δὲ ὁ Ἀντίοχος· ἰχθῦς δὲ, τοὺς ἀμαθεῖς καὶ ἀνοήτους λοιδοροῦντες ἢ σκώπτοντες ὀνομάζομεν. Ἀλλὰ δὴ μυρίων μυριάκις εἰπεῖν παρόντων, ἃ προδείκνυσιν ἡμῖν καὶ προσημαίνει τὰ πεζὰ καὶ πτηνὰ παρὰ τῶν θεῶν, ἓν οὐκ ἔστι τοιοῦτον ἀποφῆναι τῷ προδικοῦντι τῶν ἐνύδρων, ἀλλὰ κωφὰ πάντα καὶ τυφλὰ
C τῆς προνοίας εἰς τὸν ἄθεον καὶ τιτανικὸν ἀπέῤῥιπται τόπον, ὥσπερ ἀσεβῶν χῶρον, οὗ τὸ λογικὸν καὶ νοερὸν ἐγκατέσβεσται τῆς ψυχῆς, ἐσχάτῳ δέ τινι συμπεφυρμένης καὶ κατακεκλυσμένης αἰσθήσεως μορίῳ, σπαίρουσι μᾶλλον ἢ ζῶσιν ἔοικεν.

κγʹ. Ἡρακλέων. Ἄναγε τὰς ὀφρῦς, ὦ φίλε Φαίδιμε, καὶ διέγειρε σεαυτὸν ἡμῖν τοῖς ἐνάλοις καὶ νησιώταις

generatim Euripides aves *Deorum praecones* appellavit: peculiariter autem Socrates olorum conservum se facit. Sicut etiam de regibus Pyrrhus aquilae cognomento, accipitris Antiochus delectatus fuit: piscium appellationem inscitis hominibus duntaxat vel probri vel salse mordendi gratia tribuimus. Verum enimvero cum sexcenties sexcenta possint enumerari, quae a terrestribus et aëreis animalibus nobis voluntate Deorum praemonstrantur atque praesignificantur; piscium patronus ne unum quidem tale proferre potest. Muta enim aquatilia omnia, et nihil providentiae divinae cernentia, in Titanicum mare impiumque abjecta sunt, veluti in sceleratorum regionem, ubi ratio et mens animi exstinguuntur; et, reliquo animo cum extrema quadam sensus parte confuso ac diluto, magis palpitantium quam viventium animalia fiunt similia.

XXIII. Heracleo. Contrahe supercilia, mi Phaedime, teque excita ad caussam marinorum nostrûm insulanorum

οὐ παιδιᾷ τὸ χρῆμα τοῦ λόγου γέγονεν, ἀλλὰ ἐρρωμένος ἀγὼν καὶ ῥητορεία κιγκλίδων ἐπιδέουσα καὶ βήματος.

ΦΑΙΔΙΜΟΣ. Ἐνέδρα μὲν οὖν, ὦ Ἡρακλέων, σὺν δόλῳ καταφανής· κραιπαλῶσι γὰρ ἔτι τὸ χθιζὸν καὶ βεβαπτισμένοις νήφων, ὡς ὁρᾷς, ὁ γενναῖος ἐκ παρα- D
σκευῆς ἐπιτίθεται. Παραιτεῖσθαι δὲ οὐκ ἔστιν· οὐ γὰρ βούλομαι Πινδάρου ζηλωτὴς ὤν, ἀκοῦσαι τὸ,

Τιθεμένων ἀγώνων πρόφασις
Ἀρετὰν ἐς αἰπὺν ἔβαλε σκότον·

σχολὴ μὲν γὰρ πολλή ἐστιν ἡμῖν, ἀργούντων, οὐ χορῶν, ἀλλὰ κυνῶν καὶ ἵππων, καὶ δικτύου καὶ πάσης σαγήνης, διὰ τῆς λόγους ἐκεχειρίας κοινῇ πᾶσι τοῖς ζώοις κατά τε γῆν κατά τε θάλατταν δεδομένης τὸ σήμερον. Ἀλλὰ μὴ φοβηθῆτε· χρήσομαι γὰρ αὐτῇ μετρίως, οὔτε δόξαις

C. 9. ἐπιδέουσα] Sic E. Mez. Reisk. Vulgo, ἔτι δέουσα.
D. 6. οὐ χορῶν] Haud ſcio an corrigendum ſit οὐ λόγων. Venet. Ald. Baſ. Xyl. οὐχ ὁρῶν. E. loco χορῶν habet ſpatium vacuum. Vulgatam Steph. ſumſit ab Jannot. Coll. Muret. Schott. Anon. nec diſſentiunt Excerpta B. et Harl. item verterunt Amiot. et Xyl. At Gryn. *ceſſantibus non horis.*

que defendendam. Non enim jocoſe dixit Ariſtotimus, ſed valido uſus eſt agone, ac dicendi arte, cui ad forenſem rationem nihil præter cancellos et tribunal defuit.

PHÆDIMUS. Inſidiæ vero, mi Heracleo, doluſque manifeſtus nobis intentantur. Nos enim heſterna adhuc crapula obrutos ſobrius, ut vides, præclarus iſte præmeditate adortus eſt. Recuſare tamen certamen non licet. Nolo enim de me, qui Pindarum æmuler, dici hæc,

Propoſito certamine, præſcriptio
Virtutem in altas conjecerit tenebras.

Multum enim otii vobis eſt, ceſſantibus non choris, ſed equis, canibus, retibus, et verriculis: cum ob diſputationem hanc induciæ hodie omnibus in terra marique verſantibus animalibus contigerint. Non tamen eſt quod metuatis. Utar enim eo modice neque philoſophorum o-

E φιλοσόφων, οὐκ Αἰγυπτίων μύθους, οὔτε ἀμαρτύρους Ἰνδῶν ἐπαγόμενος ἢ Λιβύων διηγήσεις· ἃ δὲ πανταχοῦ μάρτυρας ἔχει τοὺς ἐργαζομένους τὴν θάλατταν ὁρώμενα, καὶ δίδωσι τῇ ὄψει πίστιν, τούτων ὀλίγα παραθήσομαι. Καίτοι τῶν ἐν γῇ παραδειγμάτων ἐπίπροσθεν οὐδὲν ἔστιν, ἀλλ' ἀνεῳγμένην παρέχει τῇ αἰσθήσει τὴν ἱστορίαν. Ἡ δὲ θάλασσα μικρὰ κατιδεῖν καὶ γλίσχρα δίδωσι· τῶν δὲ πλείστων κατακαλύπτει γενέσεις καὶ τροφάς, ἐπιθέσεις τε καὶ φυλακὰς ἀλλήλων, ἐν αἷς οὐκ ὀλίγα καὶ συνέσεως ἔργα καὶ μνήμης καὶ κοινωνίας ἀγνοούμενα βλάπτει τὸν λόγον. Ἔπειτα τὰ μὲν ἐν γῇ
F διὰ τὴν ὁμοφυλίαν καὶ τὴν συνδιαίτησιν ἁμωσγέπως συναναχρωννύμενα τοῖς ἀνθρωπίνοις ἤθεσιν, ἀπολαύει καὶ τροφῆς καὶ διδασκαλίας καὶ μιμήσεως· ἣ τὸ μὲν πικρὸν ἅπαν καὶ σκυθρωπόν, ὥσπερ ἐπιμιξία ποτίμου θάλασσαν, ἐφηδύνει, τὸ δὲ δυσξύνθετον ἅπαν καὶ νωθρὸν ἐπεγείρει

F. 5. δυσξύνθετον] Forte, δυσξύνετον, ut Reisk.

piniones, neque fabulas Ægyptiorum, aut Indorum teste carentes, Afrorumve narrationes adducens: sed pauca eorum proferens, quæ ubique testes habent eos qui mare exercent, visuque fidem sui faciunt. Quanquam terrestrium quidem exemplorum nullum in occulto est, sed aperte sensui cognitionem sui præbent. Mare autem pauca et exilia præbet, et suorum animalium plerorumque abscondit ortus, nutritiones, insidias, quas invicem struunt et cavent: in quibus non pauca providentiæ, memoriæ, et justitiæ opera ignorata obsunt nostræ caussæ. Deinde terrestria animalia ob generis communitatem et vitæ consuetudinem utcunque cum hominum moribus commixta educationem, doctrinam, imitationemque consequuntur: quibus acerbitates omnes et morositates, tanquam dulci aqua admixta marinæ salsugo, deliniuntur atque condiuntur,

ταῖς μετ' ἀνθρώπων κινήσεσιν ἀναρριπιζομένων. Ὁ δὲ τῶν
ἐναλίων βίος ὅροις μεγάλοις τῆς πρὸς ἀνθρώπους ἀπῳ-
κισμένος ὁμιλίας, ἐπείσακτον οὐδὲν οὐδὲ συνειθισμένον
ἔχων, ἴδιός ἐστι καὶ αὐθιγενὴς, καὶ ἄκρατος ἀλλοτρίοις 976
ἤθεσι, διὰ τὸν τόπον, οὐ διὰ τὴν φύσιν. Ἡ γὰρ φύσις
ὅσον ἐξικνεῖται μαθήσεως ἐπ' αὐτὴν, δεχομένη καὶ στέγουσα,
παρέχει πολλὰς μὲν ἐγχέλεις ἱερὰς λεγομένας ἀνθρώ-
ποις χειροήθεις, ὥσπερ τὰς ἐν τῇ Ἀρεθούσῃ, πολλαχοῦ
δ' ἰχθῦς ὑπακούοντας αὐτῶν ὀνόμασιν· ὥσπερ τὴν Κράσσου
μύραιναν ἱστοροῦσιν, ἧς ἀποθανούσης ἔκλαυσεν ὁ Κράσσος·
καί ποτε Δομιτίου πρὸς αὐτὸν εἰπόντος, "Οὐ σὺ μυ-
"ραίνης ἀποθανούσης ἔκλαυσας;" ἀπήντησεν, "Οὐ σὺ
"τρεῖς θάψας γυναῖκας οὐκ ἐδάκρυσας;" Οἱ δὲ κρο-
κόδειλοι τῶν ἱερέων οὐ μόνον γνωρίζουσι τὴν φωνὴν καλούντων, B
καὶ τὴν ψαῦσιν ὑπομένουσιν, ἀλλὰ καὶ διαχανόντες παρ-
έχουσι τοὺς ὀδόντας ἐκκαθαίρειν ταῖς χερσὶ, καὶ περιμάττειν
ὀθονίοις. Ἔναγχος δὲ Φιλῖνος ὁ βέλτιστος ἥκων πεπλα-

incompofita et inertia omnia excitantur motuum humanorum commercio. At marinorum vita magnis limitibus ab hominum confuetudine diftincta, nihilque adfcititium habens, nihil ufu partum, fua eft tota et germana, et nullis permixta alienis moribus: non ob naturam hoc, fed propter locum. Natura enim pifcium quantum ad eam difciplinæ pervenire poteft, tantum capiens et continens, multas anguillas hominibus præbet cicures, quæ facræ vocantur, quales funt in Arethufa: fæpe etiam pifces, qui nominatim vocati exaudiant: qualem ferunt Craffo fuiffe murænam, qua mortua flevit: cum quidem Domitio objicienti hoc, *Nonne tu, mortua muræna plorafti?* refpondit, *Nonne tu fine lacrymis tres uxores fepelivifti?* Crocodili facerdotum non modo vocem agnofcunt vocantium, feque contrectari finunt: fed etiam rictu diducto dentes manibus purgandos, et linteo tergendos præbent. Nuper optimus

νημένος ἐν Αἰγύπτῳ παρ' ἡμᾶς, διηγεῖτο, γραῦν ἰδεῖν ἐν
Ἀνταίου πόλει κροκοδείλῳ συγκαθεύδουσαν ἐπὶ σκίμπο-
δος εὖ μάλα κοσμίως παρεκτεταμένῳ. Πάλαι δὲ ἱστο-
ροῦσι Πτολεμαίου τοῦ βασιλέως προσκαλουμένου, τὸν ἱερὸν
κροκόδειλον μὴ ὑπακούσαντα, μηδὲ πεισθέντα λιπαροῦσι
καὶ δεομένοις τοῖς ἱερεῦσι, δόξαι προσημαίνειν τὴν μετ' οὐ
C πολὺ συμβᾶσαν αὐτῷ τοῦ βίου τελευτήν· ὥστε μηδὲ τῆς
πολυτιμήτου μαντικῆς ἄμοιρον εἶναι τὸ τῶν ἐνύδρων γένος,
μηδὲ ἀγέραστον. Ἐπεὶ καὶ περὶ Σοῦραν πυνθάνομαι κώ-
μην ἐν τῇ Λυκίᾳ Φελλοῦ μεταξὺ καὶ Μύρων, καθεζο-
μένους ἐπ' ἰχθύσιν, ὥσπερ οἰωνοῖς, διαμαντεύεσθαι τέχνῃ
τινὶ, καὶ λόγων λέξεις, καὶ φυγὰς καὶ διώξεις αὐτῶν ἐπισκο-
ποῦντας.

B. 5. παρ' ἡμᾶς] Sic B. Schott. Jannot. Anon. T. V. B. Mez. Vulgo, παρ' ἡμῶν. E. παρ' ἡμῖν. Collat. Muret. παρ' ὑμῶν.

B. 7. εὖ μάλα] Sic Steph. edidit, vertit Amiot. nec diſſentiunt Excerpta Harl. Venet. At Ald. Baſ. Xyl. B. E. P. μαλακωτάτῳ B. μαλακώτατα in margine.

C. 5. τέχνῃ—λέξεις] Corrigendum puto, τέχνῃ τινὶ καὶ λόγῳ νήξεις: ſimiliter diſtinguendum, ſed λόγῳ ἑλίξεις emendandum cenſuit Bryan. ad Plut. Vit. Vol. I, p. 69. Idem Reiſkio in mentem venit, et præter hoc ἀΐξεις.

Philinus cum in Ægypto vagatus ad nos rediiſſet, narravit, ſe in urbe quæ ab Antæo nomen habet, vidiſſe vetulam cum crocodilo dormientem, juxta eam in grabato molliſſimo decore porrecto. Sacrum vero crocodilum antiquitus narrant, Ptolemæo regi, cum ab eo vocatus non compareret, fruſtra etiam ſacerdotibus hortantibus atque precantibus, finem vitæ, qui non multo poſt ſecutus eſt, præmonſtraſſe. Ut jam neque pretioſæ illius divinationis exſors ſit aquatile animalium genus, neque ſuo honore careat: quando etiam apud Suram, pagum Lyciæ inter Phellos et Myra, audio homines piſcibus adſidere, ex iiſque tanquam ex avibus arte quadam et ratione obſervandis eorum natationibus, fugis, inſectationibus, præſagia futurorum captare.

κδ΄. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἔστω τοῦ μὴ παντάπασιν ἐκφύλους μηδὲ ἀσυμπαθεῖς πρὸς ἡμᾶς ἱκανὰ δείγματα· τῆς δὲ ἀκεράτου καὶ φυσικῆς συνέσεως μέγα δήλωμα τὸ κοινόν ἐστιν. Οὐδὲν γὰρ οὕτως εὐχείρωτον ἀνθρώπῳ νηκτὸν, ἃ μὴ πέτραις προσέχεται καὶ προσπέφυκεν, οὐδὲ ἁλώσιμον ἄνευ πραγματείας, ὡς λύκοις μὲν ὄνοι, καὶ μέροψι μέλισσαι, χελιδόσι δὲ τέττιγες, ἐλάφοις δὲ ὄφεις ἀγόμενοι ῥαδίως ὑπ' αὐτῶν· ᾗ καὶ τοὔνομα πεποίηται παρώνυμον, οὐ τῆς ἐλαφρότητος, ἀλλὰ τῆς ἕλξεως τοῦ ὄφεως· καὶ τὸ πρόβατον προσκαλεῖται τῷ ποδὶ τὸν λύκον· τῇ δὲ παρδάλει τὰ πλεῖστα προσχωρεῖν, χαίροντα τῇ ὀσμῇ, μάλιστα δὲ τὸν πίθηκον, λέγουσι. Τῶν δὲ θαλαττίων ὁμοῦ τι πάντων ἡ προαίσθησις ὕποπτος οὖσα καὶ πεφυλαγμένη πρὸς τὰς ἐπιθέσεις, ὑπὸ συνέσεως, οὐχ ἁπλοῦν τὸ τῆς ἄγρας ἔργον, οὐδὲ φαῦλον, ἀλλ' ὀργάνων τε παντοδαπῶν καὶ σοφισμάτων ἐπ' αὐτὰ δεινῶν

D. 1. ἃ μὴ] Immo, ὃ μὴ, ut et Reiſk. monuit.

XXIV. Verum hæc ſufficiant exempla ad oſtendendum, piſces non omnino a noſtro genere alienos eſſe, neque ea eſſe natura ut nulla nobiſcum affectione conſpirent. Sinceræ autem et naturalis perſpicientiæ magnum eſt hoc et commune argumentum: quod nullum aquatile, demtis his quæ ad ſaxa adhæreſcunt vel iis adnata ſunt, ita facile et ſine negotio ab homine capi poteſt, ut aſini a lupis, apes meropibus, cicadæ ab hirundinibus, angues a cervis: quibus quidem non a curſus, ſed ſerpentes attrahendi facilitate, *elaphi* nomen apud Græcos eſt. Sed et ovis pede lupum ad ſe vocat, et ad Pantheram pleraque aiunt accedere ſuavitate odoris illecta, maxime ſimias. Marina autem fere omnia cum præſentiant, ſuſpicenturque et caveant inſidias calliditate ſua, fecerunt ut piſcatio non ſimplex aut expedita eſſet, ſed varia inſtrumenta, omniſque generis

καὶ ἀπατηλῶν δεόμενον ἀπείργασαι. Καὶ τοῦτο δῆλόν ἐστιν ἀπὸ τῶν πάνυ προχείρων. Τὸν μὲν γὰρ ἁσπαλιευτικὸν κάλαμον οὐ βούλονται πάχος ἔχειν, καίπερ εὐτόνου δεόμενοι πρὸς τοὺς σπαραγμοὺς τῶν ἁλισκομένων, ἀλλὰ μᾶλλον ἐκλέγονται τὸν λεπτὸν, ὅπως μὴ πλατεῖαν ἐπιβάλλων σκιὰν ἐκταράττῃ τὸ ὕποπτον αὐτῶν. Ἔπειτα τὴν ὁρμιὰν οὐ ποιοῦσι πολύπλοκον τοῖς ἅμμασι τῶν βρόχων, οὐδὲ τραχεῖαν· ἐπεὶ καὶ τοῦτο τοῦ δόλου γίνεται τεκμήριον αὐτοῖς· καὶ τῶν τριχῶν τὰ καθήκοντα πρὸς τὸ ἄγκιστρον, ὡς ἔνι μάλιστα λευκὰ φαίνεσθαι μηχανῶνται· μᾶλλον γὰρ οὕτως ἐν τῇ θαλάττῃ δι' ὁμοιότητα τῆς χρόας λανθάνουσι. Τὸ δὲ ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ λεγόμενον,

Ἡ δὲ μολυβδαίνῃ ἰκέλη ἐς βυσσὸν ὄρουσεν,
Ἥ τε κατ' ἀγραύλοιο βοὸς κέρας ἐμβεβαυῖα
Ἔρχεται ὠμηστῇσιν ἐπ' ἰχθύσι κῆρα φέρουσα·

παρακούοντες ἔνιοι βοείαις θριξὶν οἴονται πρὸς τὰς ὁρμιὰς χρῆσθαι τοὺς παλαιούς· κέρας γὰρ τὴν τρίχα λέγεσθαι καὶ τὸ κείρασθαι διὰ τοῦτο, καὶ τὴν κουράν· καὶ τὸν παρ' Ἀρ-

artes ac fallacias requireret. Idque liquet etiam ex iis quæ maxime sunt in promtu. Nam calamum piscatorium non volunt crassum esse, quanquam eo robusto opus sit ob captorum piscium violentas revulsiones: sed tenuem potius eligunt, ne latam faciens umbram, terreat animal natura suspiciosum. Quin et funiculum hami paucis nodis nectunt, lævemque faciunt: quod alias dolum censuros pisces putant: et setæ partes quibus uncus alligatur, quam maxime albas faciunt, ut eo facilius lateant in mari ob similitudinem coloris. Versus autem Homeri,

Illa cito, plumbi similis, petit impete fundum:
Quod bovis agrestis cornu ducente sub undas
Crudiveris missum mortem fert piscibus atram:

quidam sic accipiunt, ut putent veteres boum crinibus ad hamorum funiculos conficiendos fuisse usos. *Keras* enim, quod alias cornu significat, hic esse crinem: unde κείρασθαι

χιλόχῳ κηροπλάστην, φιλόκοσμον εἶναι περὶ κόμην καὶ 97
καλλωπιστήν. Ἔστι δὲ οὐκ ἀληθές· ἱππείαις γὰρ θριξὶ χρῶνται, τὰς τῶν ἀρρένων λαμβάνοντες· αἱ γὰρ θήλειαι τῷ οὔρῳ τὴν τρίχα βεβρεγμένην ἀσθενῆ ποιοῦσιν. Ἀριστοτέλης δέ φησι μηδὲν ἐν τούτοις λέγεσθαι σοφὸν ἢ περιττόν, ἀλλὰ τῷ ὄντι κεράτιον περιτίθεσθαι πρὸ τοῦ ἀγκίστρου περὶ τὴν ὁρμιάν, ἔπειτα πρὸς ἄλλο ἐρχόμενοι διεσθίουσι. Τῶν δὲ ἀγκίστρων τοῖς μὲν στρογγύλοις ἐπὶ κεστρέας καὶ ἀμίας χρῶνται μικροστόμους ὄντας· τὸ γὰρ εὐθύτερον εὐλαβοῦνται. πολλάκις δὲ καὶ τὸ στρογγύλον ὁ κεστρεὺς ὑποπτεύων ἐν κύκλῳ περινήχεται, τῇ οὐρᾷ περιρραπίζων τὸ ἐδώδιμον, καὶ ἀναχάμπτων τὸ ἀποκρουόμενον· B
ἂν δὲ μὴ δύνηται, συνάγων τὸ στόμα καὶ περιστείλας, τοῖς χείλεσιν ἄκροις ἐπιψαύων ἀποκνίζει τοῦ δελέατος. Ὁ δὲ λάβραξ ἀνδρικώτερον τοῦ ἐλέφαντος, οὐχ ἕτερον, ἀλλ' αὐτὸς ἑαυτόν, ὅταν περιπέσῃ τῷ ἀγ-

A. 1. **κηροπλάστην**] Immo κεροπλάστην ut notavit Salmas. et jam antea Jun. T. V.
A. 7. **ἔπειτα**] Rectius fit ἐπεί, cum Jannot. et Collat. Muret.
B. 1. **ἀναχάμπτων**] Ita omnes libri. Legendum tamen ἀνακάπτων: quod unus vertendo expressit Grynæus, *glutiens*.

tonderi, et κουρὰ tonsura, et *Keroplastes* ille apud Archilochum, studiosus comæ ornandæ. Sed errant hi. Nám setis equinis utebantur masculis: cum equarum caudæ urina madefactæ setas habeant invalidas. Aristoteles in his nihil ait sapienter aut subtiliter dictum esse: sed revera funiculo ante hamum apponi corniculum, quia pisces perrorent, si quid aliud attingant. Hamis porro utuntur rotundis adversus mugiles et amias, quia iis os est parvum; a recto enim sibi timent: aliquando etiam teretem suspectum habens mugil, in orbem circumnatat, escam cauda verberans, et quod decussit, deglutiens: quod si nequit, ore contracto summis labris escam attingit, aliquid inde carpens. Labrax elephanto fortiorem se gerit: non enim alium, sed ipse seipsum, quando hamum momordit, capite hinc

κύστρῳ, βελουλκεῖ, τῇ δεῦρο κἀκεῖ παραλλάξει τῆς κεφαλῆς ἀνευρύνων τὸ τραῦμα, καὶ τὸν ἐκ τοῦ σπαραγμοῦ πόνον ὑπομένων, ἄχρις ἂν ἐκβάλῃ τὸ ἄγκιστρον. Ἡ δὲ ἀλώπηξ οὐ πολλάκις μὲν ἀγκίστρῳ πρόσεισιν, ἀλλὰ φεύγει τὸν δόλον, ἁλοῦσα δὲ, εὐθὺς ἐκτρέπεται·
C πέφυκε γὰρ δι' εὐτονίαν καὶ ὑγρότητα μεταβάλλειν τὸ σῶμα καὶ στρέφειν· ὥστε τῶν ἐντὸς ἐκτὸς γενομένων, ἀποπίπτειν τὸ ἄγκιστρον.

κέ. Ταῦτα μὲν οὖν γνῶσιν ἐμφαίνει καὶ χρῆσιν ἐπὶ καιρῷ τοῦ συμφέροντος εὐμήχανον καὶ περιττήν. Ἀλλὰ δ' ἐπιδείκνυται μετὰ τοῦ συνετοῦ τὸ κοινωνικὸν καὶ τὸ φιλάλληλον, ὥσπερ ἀνθίαι καὶ σκάροι. Σκάρου μὲν γὰρ ἄγκιστρον καταπιόντος, οἱ παρόντες σκάροι προσαλλόμενοι τὴν ὁρμιὰν ἀποτρώγουσιν· οὗτοι δὲ καὶ τοῖς εἰς κύρτον ἐμπεσοῦσι τὰς οὐρὰς παραδόντες, ἔξωθεν ἕλκουσι δάκνοντας προθύμως, καὶ συνεξάγουσιν. Οἱ δὲ ἀνθίαι τῷ συμφύλῳ

C. 4. ἐπὶ καιρῷ] B. ἐπὶ καιρόν. E. ἐν καιρῷ. Vulgatum, ut exquisitius, non mutem.
C. 7. μὲν γὰρ] γὰρ additum ex Harl. Jannot. Mez.
C. 9. οὗτοι δὲ] Forte, οἱ αὐτοί.
C. 10. δάκνοντας] Sic E. Venet. Collat. Muret. Schott. Anon. T. V. B. Vulgo δάκνοντες.

inde agitato ut vulnus dilatet, doloremque istius tolerans laniationis, unco liberat. Vulpes raro ad hamum accedit, sed dolum fugit: capta statim extra vertit corporis interiora, quod ei ob robur et flexibilitatem datum est; itaque hamum ejicit.

XXV. Hæc quidem intelligentiam demonstrant, usumque ejus tempestivum, atque eum artificiosum et subtilem. Alia sunt, quibus cum prudentia conjunctus mutuus amor, societatisque studium, declarantur. Scarus ubi hamum voravit, reliqui scari adsiliunt, et funiculum morsibus rumpunt: iidem suis in rete illapsis caudas tradunt, mordicusque tenentes alacriter extrahunt. Anthiæ in gentilibus suis liberandis ma-

βοηθοῦσιν ἰταμώτερον· τὴν γὰρ ὁρμὴν ἀναθέμενοι κατὰ ῥάχιν
καὶ στήσαντες ὀρθὴν τὴν ἄκανθαν, ἐπιχειροῦσι διαπρί- D
ειν τῇ τραχύτητι καὶ διακόπτειν. Καίτοι χερσαῖον οὐδὲν
ἴσμεν ἑτέρῳ κινδυνεύοντι τολμῶν ἀμύνειν, οὐκ ἄρκτον,
οὐ σῦν, οὐδὲ λέαιναν, οὐδὲ πάρδαλιν· ἀλλὰ συγχωρεῖ
μὲν εἰς ταὐτὸν ἐν τοῖς θεάτροις τὰ ὁμόφυλα, καὶ κύκλῳ
μετ' ἀλλήλων περίεισιν· ἑτέρῳ δὲ ἕτερον οὐκ οἶδεν οὐδὲ
φρονεῖ βοηθεῖν, ἀλλὰ φεύγει καὶ ἀποπηδᾷ πορρωτάτω
γινόμενα τοῦ τετρωμένου καὶ θνήσκοντος. Ἡ δὲ τῶν ἐλε-
φάντων ἱστορία, φίλε, τῶν εἰς τὰ ὀρύγματα φορούντων καὶ
τὸν ὀλιαθόντα διὰ χώματος ἀναβιβαζόντων ἔκτοπός ἐστι
δεινῶς καὶ ἀλλοδαπή, καθάπερ ἐκ βασιλικοῦ διαγράμ- E
ματος ἐπιτάττουσα πιστεύειν αὐτῇ τῶν Ἰόβα βιβλίων·
ἀληθὴς δὲ οὖσα, πολλὰ δείκνυσι τῶν ἐναλίων μηδὲν
ἀπολειπόμενα τῷ κοινωνικῷ καὶ συνετῷ τοῦ σοφωτάτῳ τῶν

D. 9. φίλε, τῶν] Mez. ex duabus his vocibus unam facit φορυτῶν: probabiliter.

D. 10. ὀλισθόντα] Sic E. Harl. Collat. Muret. Jannot. Schott. T. B. P. Vulgo, ὀλισθόντα, non dissentientibus B. et Venet. At Ald. Bas. Xyl. ὀλισθέντα.

jorem adhibent audaciam: funiculum enim in dorsum recipiunt, spinisque erectis conantur earum asperitate, tanquam serra, dissecare. Atqui nullum novimus animal terrestre, quod alii sui generis audeat opem ferre, non ursam, non aprum, non leaenam, non pantheram: sed conveniunt quidem in theatris quae ejusdem sunt naturae, inque orbem circumeunt, alteri vero alterum subvenire neque novit neque curat, sed ab eo vulnerato aut moriente quam longissime fugit atque desilit. Narratio autem, amice, de elephantis qui in fossam delapsum congesta materia educant, nimis quam absurda est et aliena, tanquam e regio edicto jubens nos libris Jubae credere: quod si vera est, ostendit multa marina animalia societatis studio, prudentiaque nihil concedere terrestrium sapientissimo. Sed

χηραμῶν. Ἀλλὰ περὶ κοινωνίας αὐτῶν ἴδιος ἔσται τάχα λόγος.

κϛ'. Οἱ δὲ ἁλιεῖς συνορῶντες ὥσπερ ἀδοξήμασι παλαισμάτων τὰ πλεῖστα διαχεόμενα τὰς ἀπ' ἀγκίστρου βολὰς, ἐπὶ βίας ἐτράπησαν, καθάπερ οἱ Πέρσαι σαγηνεύοντες, ὡς τοῖς ἐνεχθεῖσιν οὐδεμίαν ἐκ λογισμοῦ

F καὶ σοφίας διαφεύξιν οὖσαν. Ἀμφιβλήστροις μὲν γὰρ καὶ ὑποχαῖς κεστρεῖς καὶ ἰουλίδες ἁλίσκονται, μόρμυροί τε καὶ σαργοὶ καὶ κωβιοὶ καὶ λάβρακες· τὰ δὲ βολιστικὰ καλούμενα, τρίγλαι, χρυσωπὸν, καὶ σκορπίον γρίποις τε καὶ σαγήναις σύρουσι περιλαμβάνοντες· διὸ τὸ τῶν δικτύων τὸ γένος ὀρθῶς Ὅμηρος πανάγραν προσεῖπεν. Ἀλλὰ καὶ πρὸς ταῦτα μηχαναὶ ταῖς γαλαῖς, ὥσπερ τῷ λάβρακι· συρομένην γὰρ αἰσθανόμενος, βίᾳ διώσηται καὶ τύπτει κοιλαίνων τοὔδαφος· ὅταν δὲ ποιήσῃ τὸ ἐπιδρομῆς τοῦ δικτύου

E. 7. ὥσπερ ἀδοξήμασι] παραδοξήμασι, vel παραδοξοποιήμασι, conjectura Bryani ad Plut. Vit. Vol. III. p. 558. habet ſpeciem quidem ſed eam, quam nec ut veram probare, nec ut falſam repudiare auſim: nec tamen, quod reponam, probabilius habeo.

F. 2. ὑποχαῖς] Harl. ἐποχαῖς, ut conjecerat item Salmaſ.

F. 9. ποιήσῃ τῆς] Forte, ποιήσῃ πρὸ τῆς—.

mox de ſocietate eorum peculiaris erit ſermo.

XXVI. Ceterum piſcatores cum vident pleroſque piſcium ex hamis eluctari, ad vim ſe convertunt, Perſarum more ſagenis eos circumvenientes, quibus comprehenſi nulla calliditate effugere poſſint. Nam verriculis et naſſis mugiles iulideſque capiuntur, tum mormyri, ſargi, gobii, labraces: quæ autem jaciuntur in altum retia, mullum, chryſopum, ſcorpium trahunt: quin etiam gripis et ſagenis piſces incluſos rapiunt: quod retium genus *panagram* Homerus recte appellavit, quod omnia eo capiantur. Sunt tamen adverſus hæc machinæ muſtelis et labracibus. Labrax enim cum ſentit panagram trahi, vi ſo-

χώραν ἔωσεν ἑαυτὸν, καὶ προσίσχεται μέχρις ἂν παρέλθῃ. Δελφὶς δὲ περιληφθεὶς, ὅταν συναίσθηται γεγονὼς ἐν ἀγκάλαις σαγήνης, ὑπομένει μὴ ταραττόμενος, ἀλλὰ χαίρων· εὐωχεῖται γὰρ ἄνευ πραγματείας ἀφθόνων ἰχθύων παρόντων· ὅταν δὲ πλησίον τῇ γῇ προσίῃ, φαγὼν τὸ δίκτυον ἄπεισιν· εἰ δὲ μὴ φθαίη διαφυγὼν, τὸ- 977
πρῶτον οὐδὲν ἔπαθε δεινὸν, ἀλλὰ διαῤῥάψαντες αὐτοῦ περὶ τὸν λόφον ὁλοσχοίνους ἀφῆκαν· αὖθις δὲ ληφθέντα, πληγαῖς κολάζουσι, γνωρίσαντες ἐκ τοῦ διαῤῥάμματος· σπανίως δὲ τοῦτο συμβαίνει· συγγνώμης γὰρ τυγχάνοντες τὸ πρῶτον, εὐγνωμονοῦσιν οἱ πλεῖστοι, καὶ φυλάττονται τολοιπὸν μὴ ἀδικεῖν. Ἔτι δὲ πολλῶν τῶν πρὸς εὐλάβειαν καὶ προφυλακὴν καὶ ἀπόδρασιν ὄντων παραδειγμάτων, οὐκ ἄξιόν ἐστι τὸ τῆς σηπίας παρελθεῖν· τὸν γὰρ καλούμενον μύτιν περὶ τὸν τράχηλον ἔχουσα πλήρη ζοφερᾶς ὑγρότητος, ἣν θόλον καλοῦσιν, ὅταν καταλαμβάνηται, μεθίησιν ἔξω, B

A. 9. μύτιν] Sic Harl. Ariſtot. N. A. IV, 1. unde ita corrigendum monuit A. Gronov. ad Ælian. H. A. I, 34. probante Lennepio ad Phalar. p. 58. Mez. item correxerat. Vulgo μύτιν. B. E. Jun. Anon. κύτιν.

lum tundit, in eoque cavitatem efficit, in qua ſe continet, dum rete tranſeat. Delphin deprehenſus, ubi ſe in ulnis ſagenæ teneri ſentit, nihil perturbatus, ſed lætus intus manet, epulaturque abſque negotio, tanta piſcium copia præſente: ubi rete prope ad terram adducitur, eo eroſo abit. Quod ſi non effugiat, primum nihil aliud patitur, quam quod piſcatores, mariſcis ei circa criſtam inſutis, ita ſignatum dimittunt: rurſus capto verbera ingerunt, agnito e ſutura. Sed hoc raro evenit: plerique enim primum veniam conſecuti, poſthac a maleficio abſtinent. Cum autem multa præterea ſint prudentiæ in præcavendis et effugiendis inſidiis exempla, ſepiæ artem præterire non convenit. Veſicam enim juxta collum habens plenam atro humore, (*tholus* is vocatur) ubi deprehenditur, hunc effundit foras,

τεχνωμένη τῆς θαλάττης διαθολωθείσης ποιήσασα περὶ αὐτὴν σκότος, ὑπεκδῦναι καὶ ἀποδρᾶναι τὴν τοῦ θηρεύοντος ὄψιν· ἀπομιμουμένη τοὺς Ὁμήρου θεοὺς, κυανέῃ νεφέλῃ πολλάκις οὓς ἂν σῶσαι θέλωσιν ὑφαιρουμένους καὶ διακλέπτοντας. Ἀλλὰ τούτων μὲν ἅλις.

κζ. Τῆς δὲ ἐπιχειρητικῆς καὶ θηρευτικῆς δεινότητος αὐτῶν ἐν πολλοῖς σοφίσματα κατιδεῖν ἐστιν. Ὁ μὲν γὰρ ἀστὴρ ὧν ἂν ἅψηται, πάντα διαλυόμενα καὶ διατηκόμενα γινώσκων, ἐνδίδωσι τὸ σῶμα καὶ περιορᾷ ψαυόμενος ὑπὸ τῶν παριόντων ἢ προσπελαζόντων. Τῆς δὲ νάρκης ἴστε δήπου τὴν δύναμιν, οὐ μόνον τοὺς θιγόντας αὐτῆς
C ἐκπηγνύουσαν, ἀλλὰ καὶ διὰ τῆς σαγήνης βαρύτητα ναρκώδη ταῖς χερσὶ τῶν ἀντιλαμβανομένων ἐμποιοῦσαν. Ἔνιοι δὲ ἱστοροῦσι, πεῖραν αὐτῆς ἐπιπλέον λαμβάνοντες, ἂν ἐκπέσῃ ζῶσα, κατασκεδαννύντες ὕδωρ ἄνωθεν, αἰσθάνεσθαι τοῦ πάθους ἀνατρέχοντος ἐπὶ τὴν χεῖρα, καὶ τὴν ἁφὴν ἀμβλύνοντος, ὡς ἔοικε, διὰ τοῦ ὕδατος τρεπομένου καὶ προπεπονθότος. Ταύτης οὖν ἔχουσα σύμφυλον αἴσθησιν,

C. 7. Ταύτης] Receptum ex Ald. Baf. Xyl. B. E. Harl. P. Mez. Vulgo, Ταύτην.

tenebrasque circa se efficit mari infecto, ut piscatoris conspectum subterfugere possit, imitans Deos Homericos, qui quos salvos volunt, cœrulea sæpenumero nube objecta eripiunt atque suffurantur. Sed de his satis.

XXVII. Insidiandi autem et prædandi eorum calliditas in multis conspicitur. Aster cum sciat omnia quæ tetigerit dissolvi ac colliquari, corpus suum tangi sinit ab appropinquantibus. Torpedinis vim nostis, quæ non modo tangentibus stuporem infert, sed etiam per sagenam torporem manibus captantium immittit. Quidam, qui ejus naturam magis compererunt, aiunt si viva in terram excidat, aquam ei superfundentes, torporem sentire per affectam qualitate piscis aquam ad manum allatum. Hujus ergo rei cum

μάχεται μὲν ἐξ ἐναντίας πρὸς οὐδὲν, οὐδὲ διακινδυνεύει· κύκλῳ δὲ περιϊοῦσα τὸ θηρευόμενον, ὥσπερ βέλη διασπείρει τὰς ἀποῤῥοὰς, φαρμάττουσα τὸ ὕδωρ πρῶτον, εἶτα τὸ ζῶον διὰ τοῦ ὕδατος, μήτε ἀμύνασθαι δυνάμενον, μήτε φυγεῖν, ἀλλὰ ἐνισχόμενον ὥσπερ ὑπὸ δεσμῶν καὶ πηγνύμενον. Ὁ δὲ καλούμενος ἁλιεὺς γνώριμός ἐστι πολλοῖς, καὶ διὰ τὸ ἔργον αὐτῷ γέγονε τοὔνομα, ᾧ σοφίσματι καὶ τὴν σηπίαν χρῆσθαί φησιν ὁ Ἀριστοτέλης· καθίησι γὰρ, ὥσπερ ὁρμιὰν, ἀπὸ τοῦ τραχήλου πλεκτάνην, μηκύνεσθαί τε πόῤῥω χαλώσης, καὶ πάλιν συντρέχειν εἰς ἑαυτὴν ἀναλαμβανούσης, ῥᾷστα πεφυκυῖαν· ὅταν οὖν τι τῶν μικρῶν ἰχθυδίων ἴδῃ πλησίον, ἐνδίδωσι δακεῖν, καὶ κατὰ μικρὸν ἀναμηρύεται λανθάνουσα, καὶ προσάγεται, μέχρις ἂν ἐν ἐφικτῷ τοῦ στόματος γένηται τὸ προσχόμενον. Τῶν δὲ πολυπόδων τῆς χρόας τὴν ἄμειψιν ὅ, τε Πίνδαρος περιβόητον πεποίηκεν, εἰπὼν, D

C. 10. τὰς ἀποῤῥοὰς] τὰς additum ex Harl. Mez.
D. 9. προσχόμενον] Forte, προσισχόμενον.

habeat innatum ſenſum, cum nullo cominus pugnat piſce, neque periculum ullum adit: tantum in orbem circumnans quaſi tela ſpargit vim a ſe defluentem, inficitque primo aquam, deinde animal per aquam, cum id neque defendere ſe queat, neque effugere, ſed quaſi vinculis irretitum teneatur atque congelet. Notus eſt etiam multis piſcator, cui a capiendis piſcibus nomen eſt factum: cujus arte etiam ſepiam uti Ariſtoteles ſcribit. A collo ſuo demittit acetabulum inſtar funiculi quo hamus dependet, quod et laxatum longe emitti, et facillime retrahi in ſe poteſt: id piſciculis, quos prope ſe videt, mordendum exhibet, paulatimque in ſe retrahens fraude ad ſe prædam adducit, dum ore contingere poſſit. Polypus ut colorem ſuum mutet, Pindarus notum fecit ac celebre, ſic canens,

B Ποντίου θηρὸς χρωτὶ
Μάλιστα νόον προσφέρων,
Πάσαις πολίεσσιν ὁμίλει·

καὶ Θέογνις ὁμοίως,

Πουλύποδος νόον ἴσχε πολυχρόου, ὃς ποτὶ πέτρῃ
Τῇ περ ὁμιλήσῃ, τοῖος ἰδεῖν ἐφάνη.

Μεταβάλλει γὰρ ὁ μὲν χαμαιλέων οὐδέν τι μηχανώμενος, οὐδὲ κατακρύπτων ἑαυτὸν, ἀλλ' ὑπὸ δέους ἄλλως τρέ-
F πεται, φύσει ψοφοδεὴς ὢν καὶ δειλός· συνέπεται δὲ καὶ πνεύματος πλῆθος, ὡς Θεόφραστος· ὀλίγον γὰρ ἀποδεῖ πᾶν τὸ σῶμα τοῦ ζώου πλῆρες εἶναι πνεύμονος, ᾧ τεκμαίρεται τὸ πνευματικὸν αὐτοῦ, καὶ διὰ τοῦτο πρὸς τὰς μεταβολὰς εὔτρεπτον. Τοῦ δὲ πολύποδος ἔργον ἐστὶν, οὐ πάθος ἡ μεταβολή· μεταβάλλει γὰρ ἐκ προνοίας, μηχανῇ χρώμενος τοῦ λανθάνειν ἃ δέδιε, καὶ λαμβάνειν οἷς τρέφεται· παρακρουόμενος γὰρ αἱρεῖ μὴ φεύγοντα, τὰ δ' ἐκφεύγει παρερχόμενα. Τὸ μὲν γὰρ αὐτοῦ τὰς πλεκτά-

F. 5. τοῦ δὲ—πάθος] Sic Harl. Mez. conjecit et Reisk. In τοῦ consentit B. Venet, Collat. Muret. Schott. Jannot. Anon. T. V. B. Vulgo, τοῦτο δὲ πολύποδος ἔργον ἐστὶν, οὐ πάθους.

F. 8. γὰρ αἱρεῖ] Legendum, ut monuit Mez. γὰρ τὰ μὲν αἱρεῖ—.

Marinæ bestiæ colori
Adverte mentem, et sic vaser omnibus
Versare in urbibus:

et Theognis,

Polypodis fac morem imiteris versicoloris:
Cui subit is, semper fit similis, lapidi.

Sane etiam chamæleon mutatur, non ut moliatur aliquid, aut sese occulat; sed ob metum ita vertitur natura meticulosus: et id mutationis consequitur, ut ait Theophrastus, spiritus multitudine, parum enim abest quin totum ejus corpus pulmone impleatur, quo indicatur ipsum spirituum plenum, et mutatu facilem esse. At polypi mutatio non est passio, sed actio. Mutat enim se dedita opera, hac arte fugiens quæ timet, et apprehendens quibus alitur: decipiendo capiens non fugientia, et evitans prætervehentia. Nam ipsum sua com-

νας κατεσθίειν αὐτὸν, ψεῦδός ἐστιν· τὸ δὲ μύραιναν δεδιέναι καὶ γόγγρον, ἀληθές ἐστιν· ὑπ' ἐκείνων γὰρ κακῶς πάσχει, δρᾷν μὴ δυνάμενος ἐξολισθαινόντων. Ὥσπερ αὖ 979 πάλιν ὁ κάραβος, ἐκείνων μὲν ἐν λαβαῖς γενομένων περιγίνεται ῥᾳδίως· ἡ γὰρ ψιλότης οὐ βοηθεῖ πρὸς τὴν τραχύτητα· τοῦ δὲ πολύποδος εἴσω τὰς πλεκτάνας διωθοῦντος ἀπόλλυται. Καὶ τὸν κύκλον τοῦτον καὶ τὴν περίοδον ταῖς κατ' ἀλλήλων διώξεσι καὶ φυγαῖς γύμνασμα καὶ μελέτην ἡ φύσις αὐτοῖς ἐναγώνιον πεποίηκε δεινότητος καὶ συνέσεως.

κη'. Ἀλλὰ μὴν ἐχίνου γέ τινα χερσαίου διηγήσατο πνευμάτων προαίσθησιν Ἀριστότιμος, ὃς ἐθαύμαζε καὶ γεράνων τὴν ἐν τριγώνῳ πτῆσιν. Ἐγὼ δὲ ἐχῖνον μὲν οὐχ ἕνα Κυζικηνὸν ἢ Βυζάντιον, ἀλλὰ πάντας ὁμοῦ παρέχομαι τοὺς B θαλαττίους, ὅταν αἴσθωνται μέλλοντα χειμῶνα καὶ σάλον, ἑρματιζομένους λιθιδίοις, ὅπως μὴ περιτρέπωνται διὰ κου-

A. 11. οὐχ ἕνα] Sic B. Vulgo, οὐδένα.

edere acetabula, falſum: a muræna ſibi et congro metuere, verum eſt: ab his enim male tractatur, neque lædere viciſſim poteſt ob lubricitatem elabentes. Sicut rurſum carabus, illis in complexum venientibus, vincit: nam lævitas non eſt adverſus aſperitatem auxilio: polypo autem acetabula intrudente perit. Atque hunc orbem et viciſſitudinem mutuo ſeſe inſequendi et fugiendi natura ipſis ut exercitationem ac meditationem certaminis de calliditate et prudentia ingeneravit.

XXVIII. Enimvero echinum terreſtrem retulit Ariſtotimus, qui præſenſiſſet ventos, laudavitque gruum volatum trianguli forma. Ego autem echinum nullum Cyzicenum aut Byzantium, ſed omnes in univerſum marinos echinos profero, qui ubi tempeſtatem fluctuſque prænoſcunt, lapillis ſeſe ſaburrant;

φότητα, μηδὲ ἀποσύρωνται γενομένου κλύδωνος, ἀλλ᾽ πιμένωσιν ἀραρότως τοῖς πετριδίοις. Ἡ δὲ γεράνων μεταβολὴ τῆς πτήσεως πρὸς ἄνεμον, οὐχ ἑνὸς γένους ἐστὶν, ἀλλὰ τοῦτο κοινῇ πάντες ἰχθύες νοοῦντες, ἀεὶ πρὸς κῦμα καὶ ῥοῦν ἀντινήχονται, καὶ παραφυλάττουσιν, ὅπως μὴ κατ᾽ οὐρὰν προσφερομένου τοῦ πνεύματος, ἡ λεπὶς ἀναπτυσσομένη λυπῇ τὸ σῶμα γυμνούμενον καὶ διατραχυνόμενον·
C ὅθεν ἀεὶ συνέχουσιν ἑαυτοὺς ἀντιπρώρους· σχιζομένη γὰρ οὕτω κατὰ κορυφὴν ἡ θάλασσα τά τε βράγχια καταστέλλει, καὶ κατὰ τῆς ἐπιφανείας ῥέουσα λείως πιέζει, καὶ οὐκ ἀνίστησι τὸ φρικῶδες. Τοῦτο μὲν οὖν, ὥσπερ ἔφην, κοινόν ἐστι τῶν ἰχθύων, πλὴν τοῦ ἔλλοπος· τοῦτον δέ φασι κατ᾽ ἄνεμον καὶ ῥοῦν νήχεσθαι, μὴ φοβούμενον τὴν ἀναχάραξιν τῆς λεπίδος, ἅτε δὴ μὴ πρὸς οὐρὰν τὰς ἐπιπτυχὰς ἐχούσης.

κθ΄. Ὁ δὲ θύννος οὕτως ἰσημερίας αἰσθάνεται καὶ τροπῆς, ὥστε καὶ τὸν ἄνθρωπον διδάσκειν, μηδὲν ἀστρολογικῶν

